



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Metropolis Salisbvr gensis

Continens Primordia Christianæ Religionis Per Boiariam Et Loca quædam vicina; Catalogum videlicet & ordinariam successionem Archiepiscoporum Salisburgensium, & Coëpiscoporum, Frisingensium, Ratisponensium, Patauiensium, ac Brixinensium

Hund, Wiguleus

Monachii, 1620

Frisingenses Episcopi. Frisinga.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13553

FRISINGENSES EPISCOPI

FRISINGA.



FRISINGENSE oppidum, medio ferè itinere inter Monachium & Landshuetum, ædificatum putatur eo tempore, quo Romani Bauariam per præfides Prouinciarum regebant. Locus ille elegantem & amœnum in colle situm & prospectum, habet, agrum ex vna parte satis fertilem, ex altera, iuxta flumina, Mosacum & Isaram, prata amœnissima.

IN libro maiori traditionum vocato, ibidem (cuius auctor Conradus Frisingensis Sacrista & Canonicus, Anno Domini 1187. sub Episcopo Ottone tertio, sed per alios postea continuatus vsque ad tempora Hermannii Episcopi, qui obiit Anno 1421. ex quo pleraque, quæ sequuntur, sumpta sunt, &c.) de institutione huius Episcopatus ita scriptum reperio.

BEATVS Corbinianus à Gregorio tertio Pontifice Episcopus ordinatus, accepto Pallio, in Bauariam Legatus missus à Thassilone, Sororio Pipini Regis, qui maior domus dicebatur, & Theodone filio ipsius benignè susceptus, Montem istum, qui Frisinga dicitur, accepit, vbi primò Ecclesiam, quæ vsque hodie cernitur, in honorem beati Benedicti construxit, & Monachorum Conuentum ibi coadunauit, dorans eam Ecclesiam cum prædiis Maïse, aliàs Maies ad Athesim, præpe Tyrolim & Meran, vnde ipse oriundus erat (licet vita seu legenda sua, vt vocant, aliter habeat) Charzes, Camina & aliis, quæ pro 900. Solidis Auri à Pipino Rege acceptis emerat. Confirmauit hæc Pipinus Rex, concedens conuentui facultatem liberam eligendi Episcopi, quæ confirmatio sub Walthone Episcopo, vnà cum aliis Ecclesiæ diplomatibus & ornamentis, incendio periit. Auentinus de institutione huius Episcopi, & de S. Corbiniano, in Annalibus lib. 3. fol. 283. & seq. 285. discrepat in tempore; nempe quòd hoc sub Theodone 7. Patruo magno Thessalonis, & sub Grimoldo fratre ipsius sit factum, qui ipsum S. Corbinianum Fruxinensi Ecclesiæ præfecerunt, vbi de insidiis ab Vxore Grimoldi S. Viro factis, ac de fuga eius: Item quomodo post mortem Grimoldi, per Hugobertum Ducem Bauariæ, fratrem Grimoldi, & Auum Thessalonis ex Italia, in Bauariam sit reuocatus, Frisingæ in Arce sua collocatus, ibique mortuus, ac iussu Hugoberti, sicut Testamento suo statuerat S. Corbinianus, Maïas in Patriam relatus, ibique sepultus sit, &c. fol. 286. Rursum iussu Thessalonis Frisingam translatus, idem Auent. fol. 303. Aduocatos habuit hæc Ecclesia olim Comites Schyrenses, quos Otto Episcopus, in libro sexto Chronicorum t. cap. 20. non valde commendat, cum tamen Radeuicus, continuator Othonis, Otthonem de Wiltspach, Signiferum FridERICI primi, nunquam satis laudare queat, lib. 3. cap. 18. & 20. Et lib. 4. cap. 63. Otto quartus Palatinus, prædicti Otthonis Signiferi Pater, renunciauit huic iuri aduocatiæ t. prædicto Episcopo Otthoni, pro se & suis successoribus, in præsentia Conradi Imperatoris, Auentinus in Annalibus suis.




HABET Episcopatus hic, sicut & ceteri in Germania suos, quos vocant, quatuor Officiales hereditarios, Magistrum coquinæ, quem aliàs Dapiferum, vulgò Truckfassen, nominant, Nobiles de Freuntspurg, nunc imperij liberos Barones, Marschalckos olim nobiles de Perckhaim, Conradus Marschalckus de Perckhaim, Anno Domini 1229. quibus defunctis succelsere Nobiles de Pi-

entzenavv, Camerarios nobiles de Waldeck, qui habebant in Vrbe Frisingensi multa iura, ab Episcopis partim pecunia redempta, partim deficiente illa familia ad Episcopos reuerfa, vt de hac re in libro genealogiarum familiae de Waldeck latius habetur. Cessauit hoc officium vsque ad Annum 1569. quo substitutus est à Domino Ernesto, Episcopo Frisingensi Christophorus Raindorfer, Guilhelmi Ducis Bauariae Aulae Magister, & Praefectus in Kelheim, vir bonus ac doctus. Pincernae officium olim tenebant Nobiles de Richolfestorf, Anno 1224. Conradus Pincerna & Ministerialis Ecclesiae Frisingensis Anno 1277. successere his Nobiles Iudmanni; his postea Nobiles de Preising de Kopsperg, qui hodie adhuc hoc officium tenent.

IN quodam diplomate Wessspronnensi reperio de Ministerialibus Ottonis Episcopi de Anno 1212. Hainricus Liber de Paing, Hainricus Camerarius, Hainricus Pincernarius, Guntherus Marscalcus, Sighardus Dapifer.

HABUIT quoque Ecclesia Frisingen. olim multos Ministeriales, quos hodie vafallos vocant, familiarum haec ferè nomina sunt, Waldeck, Woluerstorf, Fromchl, Gebolspach, Levvtner, Turtenfeld, Haldenberg, Iudman, Pidl pach, Pholing, Seligkind, Buobenhaufen, Dornpach, Werd, Richoluestorf, Pasing, Kaste, Schwvebing, Truchfas, Marscalck de Perckhaim, Grunershausen, Hüttenfurt, Höchenrain, Aufhouen, Hetnkaim, Ezzenhusen, Erpfenprunn, Ferding, Elpach, Herpreching, Wacharing, Herprechshausen, Reickerspuirn.

N V N C A D E P I S C O P O S .

- d.  ANCTVS CORBINIANVS †, natione Tyrolen. Frisingae erexit Episcopatum. Circa Annum Domini 710. permittente Pipino Rege, & Bauariae Ducatum tenente Grimoaldo, praefuit Episcopatu à se erecto 20. annis; vide huius sancti Viri vitam, seu, vt vulgò
1.  ERIMBERTVS †, frater Corbiniani. gessit Episcopatum 28. annis, sub Vtilone Duce Bauariae, iuxta lib. Trad. ibi actum in castro Frisinga, &c. Frisinga enim tum caput & Regia erat Principum in superiore Bauaria, Auent. lib. 3. fol. 294. Hic consecrauit Monasterium Tegernsee, feruntque suo æuo Dioeceses Bauariae suis limitibus distinctas † inuicem à sese. Pipinus Pater Caroli Magni, postquam Frisingam & superiorem Bauariam contra Vtilonem, Regem, occupasset, habitasse dicitur aliquot annis, in alio excelsiore Castro prope Frisingam, in Monte Tethmons dicto, ibidem Sacellum construxisse in honorem S. Stephani: Quod in hunc vsque diem appellatur Weichenstephan Monasterium, &c. latinè quasi consecrati Stephani, de quo latius infra de Monasteriis Bauariae. Hic Episcopus sua pietate multos commouit ad benefaciendum Ecclesiae Frisingensi: Inter alios quendam Mandebertum, qui cum coniuge sua Gothane tradidit Zollingen; ita habet quaedam Chronica Frisingen. Episcoporum, per Ioannem Freyberger, Licenciatum & Canonicum ibi, Anno Domini 1520. edita, ac Lantzhuotae impressa: In qua vita S. Corbiniani ad longum annis 13. praefuisse ponit, in aliis quoque pluribus locis à libro traditionum, supra citato discrepat. Cui ego propter verustatem, licet eius nullam mentionem faciat, plus credendum censeo.
2.  IOSEPH electus est ad Episcopatum Anno 758. Praefuit annis tribus. † Hic Iope Vtilonis Ducis Collegium Mystrarum instituit, cui flumen Isenicus, in cuius Ripasitum est, nomen fecit in honorem S. Zenonis Episcopi quondam.
3. Vero.

Veronensis, ibidem in ysn sepultus. Hunc Episcopum prædicta Chronica dicit Italum Veronensem fuisse, annis 13. præfuisse, emissit Erching, Fering & Putlpach, &c.

ARIBO, † egitiste antistitem annis 23. hic vitam sancti Corbiniani conscripsisse dicitur, interfuit Synodo Dingolfingen. secundum aliquos Anno 775. habitæ, Consilio huius Aribonis Episcopi Tessalonus Dux Bauariæ Diuum Valentinum Tridento Patauiam, & Diuum Corbinianum Maiis (Vrbs est ad Athesin fluuium in Tyrolen, Comitatu) Frisingam transtulit, ac dum illius, nec non D. Vergilii Episcopi Salisburgensis consiliis obsequens fuit, optimum Principem præstitit, post quorum mortem prauis vsus consultoribus à Carolo Magno defecit. Auent. lib. 3. fol. 302. & 303. Sub hoc Episcopo Ecclesiæ Frisingen. multæ donationes factæ sunt.

ATTO † electus Anno 782. præfuit Annis 30. secundum prædictam Chronicam solum annis 27. & quidem optimè, qui Ecclesiam multis bonis ac redditibus ditauit. Obiit Anno 810. sepultus ibidem. De huius fide in Carolum Magnum Auent. lib. 3. fol. 306. Idem fol. 349. de controuersia Attonis contra Abbatem Chiemensem, iubente Carolo Magno, in vico Aybling per de legatos suos, Arnonem Episcopum Salisburgensem, & alios pro Episcopo decisâ, ad iudicatis tribus Ecclesiis in Willing, Hegling & Berg. Idem interfuit Synodo Salisburgensi, iussu Caroli Magni circa Annum 806. vel 7. indictâ; vbi ob decimas ac bona Ecclesiastica litigatum, dicisumque in quatuor partes diuidenda; quarum vna Episcopo, altera Parocho, 3. pauperibus, quartæ refectioni Templorum cederet, de quo idem Auent. fol. 356.

HITTO, † hic translationem sacrorum Bibliorum in plerisque locis corruptam pro virili correxit, & constituit, mandato Lotharij Regis Boiorum, filij Ludouici Pij, in Ecclesia Weichenstephen sex Canonicos, cum Præposito Anno 830. gubernauitque Episcopatum annis 24. seu 25. Sepultus in Crypta Cathedralis Ecclesiæ, habens super sepulchro ciborium de lignis. Hic Episcopus emit Ismaning, Eyting, Allershausen, Holtzhausen, Schoflorn, &c. ex prædicta Chronica.

ERCTENBERTVS, † Nepos prioris Hittonis ex fratre, administrauit Episcopatum annis 18. De hoc Episcopo vide Brusth: in Monasteris sub Campidonen. Mo. &c. Quo anno obierit incertum est; dicitur autem sepultus in Capella S. Petri in monte, &c.

ANNO † Episcopus, iuxta librum traditionum, Anno Domini 855. Hyl. defcalcus Episcopus Tridentinus Vineas Episcopi Fruxinensis apud Pisonium Coloniam Boiorum ad Isaci & Athesis confluentes, occupat. Anno Episcopus rem ad Ludouicum Regem desert. Is Pontificibus diem dicit apud Aibling, in publico Boiorum Conuentu, vico superioris Boiariæ, in Ripa Mangualda, iure disceptare iubet. Qui causam cognouere Iudices, Vineas Fruxinensi Templo addixere. Auent. lib. 4. fol. 412. Chronica habet hunc Annonem Episcopum ex Hall infra Inspruck oriundum, patri absque aliis liberis defuncto successisse: hinc multa bona in Runn & circa Hall Ecclesiæ Frisingensi attulisse, præfuisse annis 21. obiisse Anno 875. sepultum ibi.

ARNOLPHVS † electus est Anno 854. ad Pontificatum. Ipse ampliauit Ecclesiam Cathedralem, iuxta librum traditionum. Præfuit solum annis octo, sed annus electionis concordat cum superiori numero Annonis Episcopi. Chronica habet, hunc circa diuinum officium valde occupatum & sollicitum fuisse.

P. WALTHON, † hic vixit in Pontificatu annos 22. passaque est Ecclesia
 10. Cathedralis suis temporibus à Barbaris graue incendium, Anno scilicet
 883. at donatione Arnolphi Imperatoris, qui concessit Episcopo Walthoni sal
 in Salina, siue cum nauigiis. siue cum castris, sine mutha vehendi, & alia multa
 dona dedit: Anno 898. omnia sunt refarcita: Constitutumque tunc fuit Ponti-
 ficia autoritate, vt deinceps nullus per Capitulum eligeretur in Episcopum,
 nisi esset Canonicus eiusdem Ecclesiæ.

LVDOVICVS Imperator, filius Arnolphi, dono dedit Valthoni Episcopo,
 cuius disciplinæ Ludouicus septennis traditus fuerat, iuxta Auentinum, libro
 quarto fol. 475. Curtem Regiam in Veringa cum pertinentiis ad restaurationē,
 Anno 920. Confirmat Ottho primus Imperator Anno 940. Idem tradidit do-
 mum Lao, Anno 974. Idem Ottho condonat Iuditæ, fratris sui beatæ memoriæ
 Viduæ, Salinam, quod Vulgo Hall vocant, in pago Salisburgi sitam, Anno 984.
 Numerus hic non quadrat cum Otthone primo, qui Anno 974. obiit, ex libro
 traditionum & ex diplomatibus ibi.

SUB hoc Walthone nono seu decimo Episcopo Frisingensi, scriptus est in-
 signis ille Liber Euangeliorum Francicis hoc est Germanicis versibus seu Rych-
 mis, cuius Titulus est, Liber Euangeliorum in Theodiscam linguam versus: Pu-
 tatur, quod tunc editus, quando Franci Orientales primùm Christiani facti sunt;
 ex quo beatus Rhenanus in Germania sua colligit veteres Francos, qui, transito
 Rheno; nobile in Galliis regnum constituerunt, Germanica vsos fuisse lingua,
 incipit autem præfatio illius libri hoc modo:

*Nun wil ich scriban vnser Heyl. Euangelion / so wir nun hier beginnen / in
 Franchisga Zungan.*

EXTAT liber aliquandiu desideratus, sed per Reuerendissimum ac Illu-
 strissimum Principem, D. Ernestum, &c. fortè fortuna in quadam cista iterum
 repertus; antiquitatis ergo venerandus ac videndus.

9. VITTO †, successor Walthonis, vixit tantùm vno Anno in Episcopatu, ante
 11. confirmationem mortuus, aliàs Ottho, qui interfuit expeditioni Magni Lu-
 douici Romani Regis, contra Vngaros Anno 907. Auent. fol. 480.

12. DRACOLPHVS electus est Episcopus Anno 908. qui non solum Cathe-
 drali, sed etiam aliis Ecclesiis collegiatis noxius fuit, immensas faciens ex-
 pensas; exactisq; 28. annis submersus fuit in Danubio. Secundùm Chronicam
 præfuit solum 20. annis, Vngaricæ expeditioni dicitur interfuisse, ac de tribus
 Cœnobiis, Mospurch, Ilm, & Schefflora multa Clinodia, ornamenta ac pecu-
 nias abstulisse.

13. WOLFRAMVS, hic quantum potuit, anno vno, quo præfuit, instaura-
 uit, quod Antecessor suus dilapidauit. Interfuit hic Episc. Conuentui
 Dingolfingen. per Arnoldum Ducem Bauariæ, circa Annum 919. habito cum
 aliis Bauariæ Episcopis, In quo Maias & Caminas, item vicos, vineas, aliaque
 prædia prope Tyrolios, in Vennonum Athesicque valle, quæ adhuc ibi Mystæ
 Fruxinenses possident, Wolframo huic reddidit, de quo Auent. libro 4. folio
 487. Chronica habet hunc 19. annis præfuisse, quod verisimilius est, nam quo-
 modo vnico anno Antecessoris sui leuiter profusa refarciret? Tempore huius
 Episcopi fuit schisma in Ecclesia Frisingensi, tres paribus votis electi; hinc inter
 Canonicos tantæ inimicitie ortæ, quæ longo tempore postea vix sedari poter-
 rant, donec iuramenti vinculo in concordiam redirent fratres. Obiit hic Epi-
 scopus, ac Frisingæ sepultus. Anni huius præcedentis ac sequentis Episcopo-
 rum malè conueniunt, & hoc propter antiquitatem, & scriptorum eius tem-
 poris tam penuriam quam incuriam.

LAMPERTVS factus est Episcopus, anno 938. functus officio suo annis 31. c. 14.
 Huius tempestate irrumpentes Vngari, & omnia deuastantes in Austria &
 Bauaria Ecclesias S. Stephani & Viti combusserunt: Ecclesiam verò Cathedra-
 lem, propter nebulam omnia obducentem, nullo loco violare potuerunt. Chro-
 nica habet hunc præfuisse annis 19. obiit anno 954.

ABRAM factus Episcopus; annis 37. cum magno commodo Ecclesie u. 15.
 suæ præfuit. Hunc quidam putant fuisse Palatinum Carinthiæ, qui postea
 Comes de Görtz vocati sunt, fundador Præposituræ in Werd, ad Lacum Werd-
 see quinq; præbendarum vnà cum Decano, sicuti legi in Elencho quodam scri-
 pto veterum familiarum Carinthiæ; cuius tamen Lazius in commentariis Reip.
 Rom. non meminit.

Hic etiam Episcopus Abraham impetrauit ab Otthone, primo Impera-
 tore, anno 972. Gudigen, ab Otthone 2. Chrenia anno 974. ab Otthone tertio
 Creiner March, extant diplomata in libro traditionum. Ipse quoq; alteram Tur-
 rim summi Templi construxit, multa Clinodia & Tapetas Ecclesie dono dedit.
 Sepultus in Capella S. Thomæ à se ædificata. Ottho secundus in bello contra
 Patrualem Henricum, Ducem Bauariæ; Item contra Henricum, Ducem Carin-
 thiæ, & contra hunc Abraham Episcopum Frisingam obsedit, cepit, & Episco-
 pum captiuum tenuit, circa annum 980. Auentinus lib. quinto folio 503. 504.
 Meminit huius rei ac Episcopi Abraham Chronica Hirsfelden, sub anno Domi-
 ni 974. Hic Episcopus Abraham circa Parochiales Ecclesias suæ Diœcesis & ea-
 rum ædificia, valde vigilans & attentus fuit, quòd supererat largitus pauperiori-
 bus: itaq; Parochiales Ecclesie sub ipso creuerunt, quarum se Collatorem fecit.
 Obiit anno 992. secundum Chronicam.

GOTSCALCVS successit Abrahamo, anno 995. secundum librum trad. 16.
 extat ibi diploma, quod Ottho tertius Imperator tradidit Gotoschalcko Ep-
 iscopo sex Huobas regales, in loco, qui dicitur in Dulmarfeld, iuxta fluuium Ipi-
 sa cum venationibus, piscationibus, saginationibus, molendinis, pro prædio pro-
 pe Krembs anno 995. Chronica ponit hunc 12. annis præfuisse, redditus Eccle-
 siæ valde auxisse. Cum autem ad ipsum & Capitulum spectaret præbendas con-
 ferre, conluserunt, vt nullus aliquod beneficium cum præbenda possideret,
 neq; fratres super alios extollerent ac superbirent. Ita erant vnanimis, vt nullus
 aliquid suum esse diceret; & quidem rectè, sicut D. Augustinus Monasterium
 Clericorum instituit, & secundum regulam viuere cepit. Rursum anni tam ele-
 ctionis, quàm regiminis huius Episcopi cum sequenti Episcopo malè conue-
 niunt.

FRIDERICVS Episcopus, idem Ottho tertius Imperator huic Episcopo 17.
 tradidit 30. regales Huobas, in regione vulgari vocabulo Osterriche, in Mar-
 cha, in Comitatu Henrici Co. filij Leopoldi Marchionis, in loco Weithouen, cū
 terris cultis & incultis, aquis, aquarumq; discursibus, sub sigillo anno 996. extat
 diploma ibi.

IDEM Imperator eodem anno concedit ciuitati Frisingensi mercatum & li-
 centiam monetandi & teloneum.

HENRICVS sanctus Romanorum Rex, donat Ecclesie Frisingensi, Wetz
 & Lintha, anno & c. 1007. Hunc Episcopum Fridericum Chronica planè omi-
 tit, & pro eo Engelbertum ponit, qui anno 1005. factus sit Episcopus.

ENGELBERTVS Comes Mospurgensis annis 34. Episcopatu præfuit, at- 18.
 que ex patrimonio suo non parum eundem ditauit, quin & Collegium
 Canonicorum in Weihenstephen fundatum ante 200. annos, à Hittono
 Episcopo, commutauit in Monasterium ordinis S. Benedicti, & sic quasi
 iis

ius fundator huius Monasterij fuit. Cui de rebus Ecclesiæ maioris ac S. Corbini, ad sustentationem Monachorum, aliquot Pagos ac decimas dedit. Præpositum autem cum sex Canonicis transtulit ad Ecclesiam S. Viti in umbilico illius montis, prope Frisingam sitam, ac ab ipso institutam. circa Annum 1029. & c. vel 1021.

Hic Engelberto Conradus Imperator secundus, seu Salicus dictus, multa bona & priuilegia dedit; inter alia, ius seu facultatem monetandi Aurum & Argentum, item Mineras Anno 1029. Commisit quoq; illius fidei filium suum Henricum educandum & informandum. Sic testatur diploma illius, quod & Henricus Rex cum Patre Conrado subsignauit anno 1033.

SANCTA Kunegundis, Vidua Henrici sancti Imperatoris, dedit Ecclesiæ Frisingensi, tempore huius Engelberti, cum consensu fratris sui Henrici Ducis Bavarie, & statuum Prouincialium, sequentia propria bona, prædia Rantestorff siue Ranteshouam, Hochperchach, Ostermutinga, Veltkirch cum Ecclesiis & decimis; cum foresto Wilihart ac forestarijs, cultis, incultis, mancipijs, vtriusq; sexus vineis, Molendinis & cum omnibus pertinentijs, scilicet denum post mortem Imperatricis pleno iure deuoluenda. Insuper tradidit ei omne ius, quod habuit in loco Hall dicto cum sartaginibus. E conuerso Episcopus dedit Imperatrici, precario ad dies vitæ possidenda, & tenenda de rebus Ecclesiæ suæ, curtem Yfena, curtem Burckreina, ac curtem, quæ dicitur Dorfa, curtem etiam Tegirrvanc, cum terris cultis & incultis, cum ipso Monasterio & congregatione sancti Zenonis in Isen, ac reliquis Ecclesiis, & decimis, cum mancipijs, syluis & Molendinis. Ex lib. traditionum refert Vitus Arnpeck in Chronica folio 137.

PERMVTAVIT hic Engelbertus cum Gebhardo I. Episcopo Ratisponen. in loco, qui dicitur vulgò Gruoba, vbi sanctus Dei Martyr Emmeranus obiit, iugera quinque, in Episcopatu Frisingensē sita: Et ab illo accepit curtile vnum de parte hereditatis Gebhardi, intra Urbem Ratisponam situm, & alia curtilia de Ecclesia extra ciuitatem sita, & c. vt habetur in libro traditionum Ecclesiæ Ratisponen.

OBIIT Engelbertus anno 1039. cum annis 34. præfuisset, sepultus in Cathedrali Ecclesia ante aram S. Spiritus. Bruscl. de Monast. Weihenstephen.

19. **NICERVS**, aliàs Nitgerus, sanctus est Episcopali officio annis 13. & Canonicos è Weichenstephen semotos confirmauit in Ecclesia S. Viti; fuit homo superbus ac sæuus, obiitq; subita morte Rauennæ, secundum Herman. contractum. Hunc Iohan. Auentinus lib. 5. Annalium fol. 524. Reginoburgij obscuris crepundiis natum, fratrem Bernulphi ac Machtuni dicit, qui propter fidem violatam per Cæsarem Henricum 3. cruci affixi miserè suffocati sunt. Anno Domini 1044. Nitgerus ob necem fratrum ignominiosam erga Cæsarem nimis præteruis Rauennam relegatus, ibidem obiit Anno 1052. Auent. fol. 537.

20. **ELLENHARDVS** electus est Anno 1053. in Episcopum, fundauit Collegium Canonicorum apud S. Andream, in monte Frisingensi, haud procul à Cathedrali Ecclesia: Interfuit Conuentui ab Henrico 4. Anno Domini 1076. Wormaciæ celebrato, & exactis 25. annis sui Pontificatus mortuus est. Henricus Rex tradidit Abbatiam in Beurn, in Pago Sundergou, in Comitatu Sigmari Comitit sitam, cum Villis vineis, & c. Anno 1065. extat diploma.

21. **MEGINVARDVS** electus est Anno Domini 1078. multaq; passus à MVelphone, qui Brunonem Augustanum Episcopum bello fatigabat; redactis verò rebus in tranquillitatem, profectus est in Bohemiam, vt infideles ad Christi conuerteret fidem. Mortuusque est Pragæ, & sepultus, cum Ecclesiæ Frisingens.

Frisingensi præfuisse annis 31. Meginwardus Episcopus emit ab Adalramo de Schmittehufen, quem Virum Nobilem vocat, castrum Buttenberch cum pertinentiis, Anno 1080. Testes, Comites, Arnold & Ernestus, Vdalscalcus de Helifund, Gotfcalcus de Manchph. de familia Machtuni & frater eius Fritilo, Adalbrecht & Dietricus de Potenper. Ita habet liber traditionum. Interfuit hic Meginwardus Conuentui Episcoporum Germaniæ & Galliæ, Moguntia habitato, super schismate inter Regnum ac Sacerdotium, Anno 1085, vel circa. Auent. lib. 5. fol. 585.

HENRICVS † ab Eberstorff, hunc Chronica per errorem ab Eberstain vocat, factus Episcopus Anno 1098. Episcopali munere functus est 39. annis. Sub eo Welpho vastauit ciuitatem Frisingensem. Quin & ipse non parum incommodauit Episcopatu, quòd Henrico V. adhæreret contra Rom. Pont. quam ob causam Conradus Salzburgen. Archiepisc. partium Pontificiarum. Frisingam venit, Henricum Pascalis, Sum. Pontificis decreta resellentem depositurus, sed re infecta coactus discedere. Auent. lib. 6. fol. 617. Idem 624. ponit hunc Henricum obiisse Anno 1137. quo & Lotharius Imper. ac alij quidam Principes. Legauit autem omnia bona sua, quæ habuit in Eberstorff & Gries, ad Episcopatum Frisingensem.

OTTO, † filius diui Leopoldi, Marchionis Austriæ, vir doctus & pius, factus est primus Præpositus Neoburgi in Austria, Monasterio à S. Leopoldo Patre fundato; Inde studiorum causa Parisios profectus, ingressus est Morimundense Cœnobium cum 16. Sodalibus, vbi facta professione euocatus est Frisingam ad Episcopatum, Anno 1138. ita vetus Austriæ Chronica habet. Ioann. Cuspinianus in Austria, in vita S. Leopoldi ponit Ottonem se ad Concilium Cisterciense, quod Morimundi agebatur, contulisse, ibi morbo & senecta oppressum oppetiisse sanctissime ac religiosissime; ibique sepultum. Anno M. C. LVI. paulò post discessum Ottonis, Frisinga cum Sede Cathedrali, omnibus Templis & ornamentis incendio grauissimo periit. Hic Otto non tam in restaurator quam fundator Ecclesiæ Frisingensis extitit: Bona enim distracta recuperauit, collapsa Palatia & ædificia restituit; Religionem Monasteriorum reparauit. Hic ipse Otto, ope fratris sui Henrici Ducis Bauariæ, tum temporis Monasterium Schefflarn per Hungaros vastatum restaurauit, ac in locum Benedictinorum Præmonstratenses substituit, Anno Domini 1140. pariter de nouo instituit Monasterium nouæ Cellæ, prope Frisingam, pro eodem ordine Præmonstratensium. nec non Schliersense Collegium, de quibus infra de Monasteriis latius. Sub hoc Ottone Episcopo, ac ipsius præsentia & consilio sopita ac decisa est grauis illa contentio, super Ducatu Bauariæ, inter fratrem Ottonis, Henricum Marchionem Austriæ, ac Henricum Leonem, Saxoniarum Ducem, per Fridericum I. Rom. Imper. in Comitibus Ratisponensium. Austria fit Ducatus separatus à Bauaria cum accessione prouinciæ supra Anasium, Bauaria Leoni adiudicatur, extat diploma. Item aliud eiusdem Friderici I. Imperatoris, super ponte foro teloneo in Veringen, infra Monacum, ac supra monera, inter hunc Ottonem Episcopum, & Henricum, Ducem Bauariæ & Saxoniarum, &c. quorum tenorem inuenies in fine horum Episcoporum, litera A. B.

In quo statu Ecclesia Frisingensis sub hoc Ottone fuerit, ac de eius laudibus, vide Radeuicum Continuatore Ottonis, in vita Friderici Imperat. lib. 4. cap. 12. cum sequenti. Auent. lib. 6. fol. 626. ponit Conradum Regem Romanum, hunc Ottonem fratrem suum vterinum, creasse Episcopum Frisingensem, Anno 1138. Obiit hic Otto Anno 1168, Auent. folio 637.

ALBER.

- ff. **A**LBERTVS ¶ functus est officio Pastoralis 24. annis, Fuit suo tempore Ec-
 24. clesia Frisingen. ornata doctis Canonicis, excellebatque reliquas Germaniæ
 Cathedrales Ecclesias, in diuitiis & pretiosis iocalibus: Sed orto incendio vno
 quasi momento omnia amisit bona, de quo Auent. lib. 7. fol. 654. ita scribit:
 Albertus Fruxineñ. Pontifex, ope atque consensu Ottonis, Boiariæ Ducis, Ot-
 tonis à Witspach dinastæ, Theodorici à Wasserburg Comitis, sacram ædem,
 scilicet Frising. quæ irato Vulcano perierat, refecit. Et cum Albertus iste suam
 Ecclesiam reædificare vellet, in fundamentis inuenit corpora sanctorum Mar-
 tyrum, Alexandri & Iustini. Hic Albertus totum ferè suum Patrimonium ad
 Ecclesiam Frisingensem legauit, fratrem habuit Vlricum, Sororem Gerburgim,
 Anno Domini 1181. ex libro tradit. Familia ipsius non nominatur. Fridericus
 primus Imperator proscripto Heinrico, Duce quondam Bauariæ & Saxonie re-
 stituit huic Adalberto Episcopo forum in Veringen cum Ponte, quod Dux illi
 per vim abstulerat, & in villam München transfulerat. Diplomatum copiam,
 quare in fine, litera C.
- gg. **O**TTO secundus, vir pius, & Canonicus Magdeburgensis, factus Episcopus
 25. Frisingensis, præfuit illi Ecclesiæ annis 38. Iste fabricam Ecclesiæ rursus
 de Perg in Sueuia, & Gisalæ, Co. in Diessen, frater Vlrici & Diethpoldi, Episco-
 porum Patauiensium, Ita habet liber 2. traditionum. Et Auent. in Annal. fol.
 693. in principio. Hic Otto secundus, vno die, quod mirum est, Veronæ à Sum.
 Pontifice spiritualia, & ab Imper. Friderico regalia suscepit, Anno 1183. Otto
 hic Ottenburgium, arcem superioris Boiariæ, contra Ludouicum Bauariæ Du-
 cem construxit, præsidio firmavit; ob salinarium portorium vectigalque Duci
 Boiorum & Monacensibus bellum indicit, sal deuehentes Veringen vicum su-
 um, atque Ottenburgium petere cogit, cætera itinera præcludit atque obsidet,
 quæ res postea per Philippum Regem Rom. transacta. Monacenses quotannis
 è portorio 57. Drachmas auri Frisingensibus pensitare iussi, quod in hodiernam
 diem obseruatur, ac quotannis ex Telonei Monaceni redditibus soluuntur 56.
 Talenta vsualium denariorum, Auent. lib. 7. fol. 459.
- hh. **G**EROLDVS ¶ electus in Episcopum Anno 1220. iuxta tenorem Epitaphij
 26. sui præfuit 11. annis, sed sine laude.
 GEROLDVS iste 26. Episcopus, cuius familiæ fuerit, ignoratur. In quo-
 dam Latino diplomate Schireñ. mo. de Anno 1224. quod ibi sepultus sit Otto
 de Richoltestorff, & Henricus filius eius, Pincerna Geroldi Episcopi Frising-
 ensis; & quod ille Episcopus dederit Monasterio aliqua bona in Vaitzenau, &c.
 Hinc coniectio, eum fortè illius familiæ fuisse, &c. In illo diplomate citantur
 multi testes, inter quos Frisingensis Ecclesiæ Ministeriales, Eberhardus de
 Schvvabing, Fridericus frater suus, Sighardus Truchsas, Conradus Marscalckus
 de Perckhaim, Rapoto de Grunershufen, Sighardus de Huttenfurt, Henricus
 de Perckhaim, Altman & Henricus de Hohenrain, Conradus & Henricus de
 Aufhouen, Albero de Hettenkhaim, Arnoldus de Ezzenhausen, Rapot &
 Henricus de Erpsenprunn.
- ii. **C**ONRADVS ¶ Töltzner non parum profuit Episcopatu Frisingensi, quin
 27. & ex patrimonio suo quatuor instituit Canonicos, in Sacello S. Pauli. Huic
 vnà cum Eckperto Bambergensi, & Rudigero Patauiensi Episcopis, Fridericus
 II. Imper. expulso Friderico, Duce Austriæ, commisit Viennam atque Austriam
 gubernandam, at post mortem Eckperti per Fridericum Ducem occupata &
 recuperata Vienna cum Patauiensi captus, (Auent. lib. 7. fol. 669. 675.) & Vi-
 ennæ diu in captiuitate detentus. Vixit in Pontificatu annis 27. obiit Monaci, se-
 pultus Frisingæ, in Capella S. Pauli.

CONRADVS Comes Syluester, Wiltgravius, præfuit annis 20. Obiit An-
no 1278. Hic Conradus Episcopus, defunctis absque Masculis hæredibus
Berchtoldo, Diethpoldo, Ottone & Ludouico, Marchionibus de Hohenburg
in Norico, omnia feuda, quæ ab Ecclesia Frisingen. tenuerant, eidem Ecclesie
aperta, concessit Ludouico Duci Bauariæ, Consanguineo suo, ob merita ac de-
fensionem, Anno Domini 1261. extant diplomata Monachij, &c. Idem quoque
mortuo Gebhardo de Tölntz, Nobili viro, feuda quæ ab Ecclesia Frisingen. ha-
buit, vnâ cum decimis Parochiæ Guntzstorf, & bonis in Entzelhausen, conce-
sit Ludouico Duci Bauariæ, Consanguineo suo charissimo, ob sua merita ac de-
fensionem, testes, Fridericus de Monte Albano, Præpositus maioris Ecclesie,
Conradus Abbas de Weihestephen, Arnoldus de Mäffenhausen, Berchtoldus
Testudine, Viricus de Wolfoltstorf, Conradus Notarius & alij, Anno 1266. ex-
tat documentum Monachij. Eundem quoque Ludouicum Ducem Bauariæ,
vocat dilectum suum Consanguineum in quodam alio diplomate, quod extat
in Monast. Vnderstorf, de Anno 1272. Hic impetrauit ab Ottocarō Rege Bo-
hemie, multas Aduocacias in Austria, & alia plura bona, iuxta lib. trad. Aliqui
putant hos Co. Syluestres, qui vltra Rhenum adhuc extant, dicti, *die Wild vnd
Nheingrauen* / ab Ottone Wittspachio, occifore Philippi Rom. Regis descende-
re, vt habet liber tradit. Vnderstorf. Mona. & notat Auentinus lib. 7. fol. 661.
quod supradictis diplomatibus aliquo modo confirmatur, ego in re dubia nihil
asserō. Conradus hic partiam Friderici II. Imp. opera Eberhardi Archiepiscopi
Saltzburgen, & Burckrain Episcopo tributum, Auent. fol. 675. & 683. pariter
postea cum Heinricho Duce Bauariæ, Ottonis filio, Autore Philippo, Archiepi-
scopo Salzburgen. in concordiam venit. Auent. fol. 695.

FRIDERICVS Montalbanus factus est Episcopus Frisingen. Anno 1278. fuit
antea Præpositus Frisingen. Mortuus est anno quarto post electionem, Anno
Domini 1282, iuxta lib. tradit. sepultus Frisingæ in Capella S. Leonhardi.

EMICHO, Comes à Mospurg, vir sanctus, electus est Episcopus Frisingen.
post Fridericum Montalbanum, præfuit annis 29. Mortuus Viennæ, Anno
1311. relatus Frisingam, ibi in Capella S. Georgij sepultus est, secundum lib. trad.
Fuit hic quoque Comes Syluester. Rudolphus Dux Bauariæ, frater Ludouici
Imper. huic inignoraui castrum Tölntz cum pertinentiis, intra certum tem-
pus redimendum, quo elapso, Gottfridus, Successor Rudolpho adhuc trien-
nium concessit, Anno 1312. intra quod puto factam esse reuisionem: Nam ab
eo tempore fuit in manibus Ducum Bauariæ.

CONRADVS tertius huius nominis, Monacen. Doctor Canonum, factus
Episcopus, instituit Ecclesiam Ioannis Baptistæ, & sex Canonicos vnâ cum
Præposito, quæ prius dotata & fundata fuit, per Albertum Episcopum. Hic
Conradus anno 7. suæ administrationis veneno est sublatas, Anno 1322.

GOTFRIDVS, Ecclesie Frisingen. Decanus, factus Episcopus, tribus an-
nis Pontificatum gessit, Ipse instituit Sacella S. Trinitatis, & S. Catharinae,
Anno 1315. Quod non conuenit cum præcedenti numero Contradi Episcopi
Imò præfuit Anno 1312. vt supra, & hoc anno obiit secundum Auent. l. 7. fol. 747.

IOANNES, Doctor Canonum, & Canonicus Bambergens. & Brixien. postu-
latus Episcopus Frisingensis, quinque duntaxat septimanis officio functus est.
Obiit Anno 1324. Auent. lib. 7. fol. 750. hunc Ioannem inuitis Canonicis à Io-
anne XXII. impositum dicit, illumque, vt Canonicos placaret, Parochias ipsis
fecisse pensionarias, tum hospitalitatem imminutam, quod in pauperum ali-
menta antea distributum, in alios vsus versum esse, cum etiam incorporaciones,
vt vocant, & absentias inualuisse.

34. **C**ONRADVS quartus de Klingenberg, Suevus, Episcopus Frisingensis, magna illi contulit dona, præsertim Insulam pretiosam & argenteam Crucem. Vngari & Bohemi suo tempore profecti contra Ludouicum quartum Imper. miserè perdiderunt Bauariam & Diœcesim Frisingensem. Conradus hic de Klingenberg, Episc. Frisingensis, adharebat Austriacis Principibus, & Sum. Pontificibus, contra Ludouicum IIII. Imperatorem: Capitulum autem adharebat Ludouico, &c. nolens hunc Conradum admittere, sed constituens interim Vicedominum & Vicarium. Vnde habitabat Conradus in Austria, in castro Ulmerfelden, Anno 1335. vbi etiam mortuus est, Anno 1337. sepultus in castro Lyrenfeld prope Viennam.

35. **I**OANNES secundus, Medicus doctus, antea Verdensis Episcopus, obtinuit Romæ Episcopatum, Anno 1337. absensque duodecim annis possedit. Obiit Anno 1349. Auinioni. Contra hunc Ioannem Verdensem Auinioni exulans, per Capitulum, electus est LEOPOLDVS de Schaunberg, qui Episcopatum possedit. Hic Margaritham dictam Maulasch à Matrimonio Ioannis Bohemi absoluit, quæ deinde Ludouico Marchioni Brandeburgensi, filio Ludouici quarti Imperatoris nupsit, Anno 1342. Auent. lib. 7. fol. 782. in veteri eiuſdem Marchionis Ludouici Registratura Leutoldus appellatur, Anno 1388.

37. **A**LBERTVS Comes Hohenbergensis & Haigerloch, Doctor Decretorum, translatus est per Clementem sextum ad Frisingam, septemque annis Episcopum egit. Ipse in propria persona interfuit expeditioni cum Alberto Duce Austriæ, contra ciuitatem Tigurensem. Obiit Anno 1359. sepultus in Rotenburch ad Neccarum.

38. **P**AVLVS, antea Gurcensis Episcopus, electus fuit Anno 1359. Hic multa, quæ erant Episcopatus, vendidit & impignorauit, rursusque redemit. Mortuus est Anno 1377.

39. **L**EOPOLDVS difficulter propter schisma Romanorum Pontificum confirmari meruit, triennioque exacto Lactis è Ponte in subiectum fluuium cadens, submersus est, Anno 1381. ibidem sepultus in Monasterio S. Clara.

40. **B**ERCHTOLDVS Wechingensis, Viennensis Scholæ creatus Magister, electus fuit Anno 1381. in Episcopum Frisingensem, &c. Berchtoldus iste fecit confœderationem cum Alberto & Wilhelmo, agnatis Ducibus Austriæ, nec non cum Ioanne & eius filio Ernesto, Ducibus Bauariæ, cum omnibus suis Castris, Dominis ac bonis ditioni prædictorum Ducum subiectis, pro meliori pace ac securitate, ad decennium, Anno 1394. Anno sequenti rursus confœderatus cum prædictis, Ioanne & Ernesto, contra Stephanum & eius filium, Duces Bauariæ in Ingolstat, &c. Anno Domini 1406. Ernestus, Wilhelmus & Henricus, Duces Bauariæ obtinebant castrum Frisingense, promittentes inuicem, bona fide illud possessuros, & nemini vllò pacto sine omnium consensu tradituros, &c. Ob quam causam occupatio ista facta, non legi puto tamen hoc in fauorem Episcopi & Ecclesiæ factum fuisse, contra Ludouicum Angelostadiensem, ne ille occuparet, tum agnatis suis ex eo castro, tum ipsi Frisingensi Ecclesiæ noceret.

IPSE Episcopus fuit bonus Paterfamilias, instaurauit omnia Castra, quæ habet Episcopus in Austria, Carinthia, Styria & Carnia; auxit quoque Canonicis præbendarum prouentus, Anno 1403. Bonifacius IX. Sum. Pont. contulerat huic Berchtoldo Archiepiscopatum Salisburgen. contra Eberhardum electum Archiepiscopum per Capitulum; sed eodem anno defuncto Bonifacio, Innocentius VII. Successor Eberhardi electionem confirmauit, &c. Auent. fol. 804. Mortuus est anno administrationis suæ 30, Anno Christi 1410. in Austria sepul-

sepultus in clauſtro Neuburg. hic inſtituit, vt proceſſio in feſto Corporis Chriſti longius, per ipſam nempe ciuitatem Friſingensem, deinceps progredere-
tur, iuxta Calendarium præſentiarum. Ibi reliquit Mirram pretioſam, quam
propinqui ipſius, quorum Nobilis familia apud Tyrolios adhuc extat, ſibi ven-
dicantes vendiderunt Abbati Arelacenſi, pro 4200. Vngaricis Ducatis.

DE GENHARDVS à Weix, Præpoſitus Auguſtanus, fuit electus Anno 22.
1410. in Præfulem Friſingensem, ſed per Sum. Pont. alius promotus eſt; 41.
Nempe Conradus quidam Epiſcopus Gurcenſis, qui præualuit; tamen poſt à
ſuis Camerariis in Lack ſtrangulatus, nunquam venit ad ſedem. Poſt 31. annos,
re comperta, exhumatus, & in Parochiali Eccleſia Lacenſi ſepultus per Nico-
demum Epiſcopum; ita habet liber mag. tradit.

HERMANNVS, † Comes Cylia, ſecundum lib. tradit. ſed illegitimus, at 222.
ſecundum Auent. Com. Artenbergenſis, quem in illa familia non reperi, 42.
electus in Epiſcopum, ruptus grauiter obiit Anno 1421. Wolfgangus Lazius
de Repul. Roman. lib. 12. folio 1176. ponit hunc ex Ioanne, Comite Cylia, &
ex N. Comitiffa Montisfortis natum fratrem Catharina, Iohannis Dapiferi à
Waltpurg, Sueni, Coniugis, &c.

IOANNES tertius, † Grienvvalder dictus, Iohannis Ducis Bauariae in Mona- bbb.
chio Nothus filius, factus eſt Epiſcopus Anno 1422. fuit Doctor Decretorum
& Theologus, reſtituit Iohanni Huſi in Concilio Conſtantiensi, paulo poſt Ni- 43.
codemus ſe ingeſſit, vt ſequitur.

NICODEMVS de Seala familiae Veronenſis & Vincentia dominorum, con- CCC.
ſentiente Martino V. Rom. Pont. ſeſe ingerens Epiſcopatu, excluſo Ioan- 44.
ne, 20. annis illum potenter tenuit. Eo mortuo, Anno 1443. Auent. ponit
Anno 1446. Viennæ in Austria, ibique apud Auguſtinianos, quos multis donis
ornauit, ſepulto, Grienvvalderus ruruſum adeptus eſt Epiſcopatum, præſuit an-
nis 10. Hic alium quoque intruſum habuit per Fridericum tertium Imperato-
rem, nempe Heinricum Schlick, de quo apud Aeneam Syluum in Epiſtolis
ſuis, Auent. hunc Stiliconem vocat, lib. 7. fol. 831. propter quam cauſam Iohan-
nes magnas fecit impenſas; Tandem 3. anno, quo pacificus eſt factus, obiit Vi-
ennæ, corpus Friſingam delatum, ſepelitur in Capella S. Thomæ.

IOANNES quartus, Tulbeck dictus, Monacenſis. Præpoſitus ad S. Vitũ, & Ple- ddd.
banus Monacenſis, factus eſt Anno 1453. Epiſcopus. Præſuit annis 20. ſenectu- 45.
tis ac quietis cauſa reſignauit Epiſcopatum Cancellario ſuo, Sixto Tanbergen-
ſi. Sepultus Monachij, apud diuam Virginem in Capella Maiorum ſuorum, ſub
altera Turri Septentrionali, vbi & Miſſam fundauerat, & plura alia bona fecerat.

SIXTVS de Tannberg, Canon. Præpoſitus Iſeneſis, electus Gurcenſis, Bern- eee,
hardus de Ror Archiepiſcopus Salzburgenſis. pertaſus regiminis, ſtatuerat 47.
huic Sixto cognato ſuo Archiepiſcopatum reſignare, quod Fridericus Impera-
tor impediuit, ſignificans ei, vt ſine ſuo conſenſu nemini reſignaret, ex Chron.
Salisburgenſi: Sixtus poſtea factus eſt Epiſcopus Friſingenſis. Anno 1473. inſtituit
12. Choraes: Natum eſt graue diſſidium inter ipſum & Ducem Bauariae Alber-
tum, propter translationem & vnionem duarum Collegiatarum Eccleſiarum,
in Schliers & Illmunſter, ad D. Virginem Monacum, cui ſe hic Sixtus Epiſcopus
tanquam Ordinarius vehementer oppoſuit: Sed Albertus Dux autoritate Pon-
tificia obtinuit. Obit Anno 1495. in Comitibus Wormatiens. Friſingam portatus
in medio ſummi Templi ſepultus, quod ipſe reſtudine ornauit, nec non arcem
montis Friſingeniſis muro cinxit.

PHILIPPVS Palatinus Rheni, filius Philippi Electoris, &c. factus eſt Epiſco- fff.
pus poſt mortem Sixti, repudiato propter iuuentutem eius fratre Ruperto 48.
electo

electo seu postulato Episcopo, & hoc per dispensationem Pontificiam, Anno 1499. Eodem Anno Henricus Prueschneck Comes de Hardeck, vendidit Ecclesiam Frisingen. castrum Massenhausen cum suis Hofmarchiis ac pertinentiis, cum ratificatione Alberti Ducis. Rupertus autem duxit uxorem, filiam Georgij Ducis Boiariae. Praefuit Philippus vsque ad annum Christi 1540. factus est quoque Episcopus Naumburgensis in Misnia, Anno 1517. optimus ac prudentissimus Princeps, nec non bonus Oeconomus, ampliori ac electorali dignitate dignus. Qui castrum Frisingense multis nouis aedificiis, ac fonte saliente ornauit, atque infra Castrum, versus urbem, egregiam domum de nouo extruxit, Neupavv dictam, animo cedendi fratri suo Henrico, & ibidem reliquum vitae quiete transigendi, sed praeventus est morte, &c. Anno 1540.

ggg. 49. **H**ENRICVS † Comes Palatinus, Administrator Wormatiensis, & Praepositus Ellvvangensis, Coadiutor Philippo fratris, post cuius mortem factus est Administrator Frisingensis, vir probus ac perbenignus erga omnes, quae fere omnibus Palatinis peculiaris ac innata virtus est. Obiit Anno Domini 1554.

hhh. 50. **L**EO, † Augustini Leschij, I. V. D. & Cancellarij quondam Monaceni ex Fran-
cia oriundi, & Annae Nobilis de Tann, Altmulensis filius; Ipse quoque, I. V. D. Canonicus Frisingen. fit Episcopus post Henricum, vir industrius, ac in negotiis Frisingen. Ecclesiae valde exercitatus ac peritus, Principibus Bauariae, Wilhelmo, Ludouico ac Alberto charus, quorum favore ad hanc dignitatem, non leuiter promotus. Cum annos quinque quiete gubernasset, obiit Anno 1559. 15. Aprilis, sepultus ibi in Ecclesia Maiori.

iii. 51. **M**AURITIVS, † Nobili Sandizellorum familia natus, maioribus votis Capituli electus, cum aemulum haberet Vitum a Fraunberg, Praepositum Frisingensem. Hic bonum Oeconomum praestitit, ultra 30. Millia aureorum arii alieni persoluit: Turrim alteram summi Templi igne vna cum campanis exusta, vna cum Capitulo refecit: Tandem, cum annis sex gubernasset, resignauit Episcopatum Capitulo, retenta sibi annua pensione. In eius locum electus est Illustrissimus Princeps Ernestus, Dux Bauariae, filius Ducis Alberti, inter fratres suos iunior. Accidit autem, vt pridie eius diei, quo Mauritius Ernesto ex arce cedere, ac in quandam Episcopalem domum, in vrbe Frisingensi inferius sitam, commigrare proposuisset, ipse in balneo arcis Apoplexia tactus, repente moreretur, non in leue Successoris, ac Ecclesiae commodum. Nam & pensione annua, & ea quidem satis graui liberati aliquot Millia aureorum, vna cum non spernenda suppellectili in arce relicta, Duci Ernesto ac Capitulo ex morte veteri cesserunt, quae, si in alteram domum fuissent translata, ad propinquos suos ac haeredes pertinuissent, &c. Obiit Anno Domini 1565. 16. Octob. sepultus in Ecclesia Maiori.

52. **E**RNESTVS, † Palatinus Rheni, Dux Bauariae, filius Alberti, post resignationem Mauriti Episcopi, fit Administrator Frisingensis; paucis post annis postulatur ad Ecclesiam Hildesiam in Saxonia, &c. Princeps egregie doctus, Italicae linguae (nam per biennium fere Romae egit) non minus quam Latinae peritus; Praest adhuc hoc 1581. anno, quo etiam Leodiensis Episcopus electus ac confirmatus est. Omnipotens & animum & conatus suos, ad gloriam sui nominis, ad vtilitatem Catholicae Ecclesiae, ac animae suae, diuina sua gratia, dirigere velit. AMEN, &c.



IN NOMINE SANCTÆ ET INDIVIDVÆ TRINITA-
TIS, Amen. FRIDERICVS, diuina fauente clementia, Romano-
rum Imperator, semper Augustus; Quanquam rerum commuta-
tio ex ipsa corporali institutione possit firma consistere, vel ea, quæ
legitimè geruntur, nulla valeant refragatione conuelli, ne qua ramentei gestæ
possit esse dubietas, nostra debet Imperialis auctoritas præcauere. Nouerit igitur
omnium Christi Imperii quæ nostri fidelium præsens ætas, & successura po-
steritas, qualiter nos, eius cooperante gratia, à quo cœlitus in terram pax est
missa hominibus, in Curia generali Ratisbonæ, in natiuitate S. Mariæ celebrata,
in præsentia multorum religiosorum & Catholicorum Principum, litem & con-
trouersiam, quæ inter dilectissimum Patrum nostrum Henricum, Ducem
Austriæ, & charissimum Nepotem nostrum Henricum, Ducem Saxonie, diu
agitata fuit, de Ducatu Bauariæ, hoc modo terminauimus: Quod Dux Austriæ
resignauit nobis Ducatum Bauariæ, quem statim in beneficium concessimus
Duci Saxonie. Dux autem Bauariæ resignauit nobis Marchiam Austriæ, cum
omni iure suo, & cum beneficiis omnibus, quæ quondam Marchio Lupoldus
habebat, à Ducatu Bauariæ. Ne autem in hoc facto minui videatur honor &
gloria dilectissimi Patris nostri, de consilio & iudicio Principum, Vladislao, Il-
lustri Duce Bohemie sententiam promulgante & omnibus Principibus appro-
bantibus, Marchiam Austriæ in Ducatum commutauimus, & eundem Ducatum,
cum omni iure, præfato Patri nostro Henrico, & prænobilissimæ uxori
sue Theodoræ in beneficium concessimus, perpetuali iure sancientes, ut ipsi &
liberi eorum post eos, indifferenter filij & filie, eundem Ducatum Austriæ hæ-
reditario iure, à regno teneant, & possideant. Si autem prædictus Dux Austriæ,
Pater noster, & uxor eius absque liberis decesserint, libertatem habeant eun-
dem Ducatum affectandi, cuiuscunque voluerint. Statuimus quoque, ut nulla
magna vel parua persona, in eiusdem Ducatus regimine, sine Ducum consensu
vel permissione, aliquam iusticiam præsumat exercere: Dux uero Austriæ de
ducatu suo aliud seruitium non debet Imperio; nisi quod ad Curias, quas Imperator
præfixerit in Bauaria euocatus ueniat, nullam quoque expeditionem de-
beat, nisi forè quam Imperator in regna vel prouincias Austriæ vicinas ordina-
uerit. Cæterum ut hæc nostra Imperialis constitutio omni æuo rata & incon-
uulsa permaneat, præsentem inde paginam conscribi, & Sigilli nostri impressio-
ne insigniri iussimus; adhibitis testibus idoneis, quorum nomina sunt hæc: Pil-
grinus, Aquilegensis Patriarcha, Eberhardus Archiepiscopus Salisburgensis,
Otto Episcopus Frisingensis, Cunradus Episcopus Pataviensis, Eberhardus
Episcopus Babenbergensis, Hartmannus, Episcopus Brixinensis, Hartuicus
Episcopus Ratisbonensis & Tridentinensis, Dominus Welpho, Dux (Spolete)
Conradus frater Imperatoris, Fridericus, filius Regis Cunradi, Henricus Dux
Carinthie, Marchio Englbertus de Istria, Marchio Albertus de Baden, Dieth-
poldus Marchio de Voheburg, Henricus, alias Hermannus, Comes Palatinus
Rheni, Otto Comes Palatinus (scilicet de Witelinspach) & frater eius Frideri-
cus, & alij quam plures. In teutonico priuilegio uero quoque sequentes testes
inscripti sunt, Gebhart / Graf von Sulzbach / Engelbrecht / Graf von Hall / Geb-
hart / Graf zu Durechhausen / vnd vil andere mehr. Signum Domini Friderici Imperatoris
inuitissimi.

EGO RHEINALDVS, Cancellarius vice Arnoldi Moguntinensis Archi-
episcopi & Archicancellarij, recognoui, regnante Domino Friderico Roma-
norum Imperatore in Christo. Datum Ratisbonæ 15. Calendas Octobris, In-
dictione quarta, Anno Dominicæ incarnationis M. CL. vi. Anno Regni eius
quinto, Imperij secundo. Amen.

B. IN NOMINE SANCTÆ & indiuiduæ Trinitatis. FRIDERICVS diuina fauente clementia, Romanorum Rex, & semper Augustus, dilecto Patruo suo OTTONI Frisingensi Episcopo, eiusque Successoribus canonicè substituendis in perpetuum; Ex quo diuina benignitate Romani Imperij gubernacula tenemus, dignum est, vt eius opitulatione, quantum possumus, quieti temporum, & paci Ecclesiarum curemus prouidere; Ita enim & in præsentem commissum orbem pacificè gubernari, & in futuro à Rege Regum sempiternæ retributionis præmio donari speramus.

INDEEST, quòd controuersiam, quæ inter te, charissime Patruè, qui in præsentiarum Frisingensis Episcopatus geris dignitatem, & Nobilissimum Confanguineum nostrum HENRICVM, Ducem Bauariæ & Saxoniar, super foro apud Fergen & München, dignoscitur agitari: Ita coram nostra & Principum præsentia decidere curauimus, vt deinceps omnis contentionis, quæ ob hanc rem inter vos haberi posset, sublata credatur occasio. Huius autem transactionis, vtriusque vestrum assensu & voluntate celebratæ, talem fuisse tenorem, præsentibus innotescat & futuris; forû, quod esse solebat, apud Veringe & Pons, ad Teloneum, de cætero iam ibidem non erit, neque moneta; in eius autem rei recompensationem, Confanguineus noster HEINRICVS Dux Ecclesiæ Frisingensi contradidit tertiam partem totius utilitatis, quæ peruenire poterit, de Teloneo fori sui apud München, siue in tributo salis, siue aliarum rerum magnarû vel minutarum; seu venientium, seu inde redeuntium; Telonearium verò, aut suum habebit vterque vestrum pro beneplacito suo, aut si hoc visum fuerit, ambo vnum, qui teneatur vtrique vestrum ad respondendum, de moneta similiter erit tertiam, quòd partem eius pensionis Episcopus accipiat, duæ in vsus Ducis concedant. Hoc autem fideliter ex parte Ducis laudatum est, vt sine dolo & malo ingenio singula hæc Ecclesiæ Frisingensi in perpetuum absque contradictione persoluentur; moneta tamen ad arbitrium Ducis locari debebit. Deniq; monetam Frisingensem ad voluntatem suam locabit Episcopus tertiam tantum suæ redditionis partem Dux habebit nomine feudi, concessurus, sicut & modò concessit, cuiilibet. Hoc ipsum siue multum siue parum ad petitionem Episcopi: Statuimus ergo, & præsentis instrumenti pagina roboramus, vt huius conventionis hinc inde pari conuiuentia factæ ratum & inconuulsum, omni tempore maneat firmamentum, & vterq; vestrum, quod accipit, teneat & quietè possideat, vestris vestrorumque Successorum vsibus iugiter profuturum.

PORRO ne huius facti memoria futuris quibusque temporibus obliteretur, scripto Notarij ac Sigilli nostri impressione muniri, manuque propria, vt infra apparet, corroboramus; Testes quoque, qui aderant, subternotari fecimus, quorum nomina hæc sunt; Arnoldus Maguntinensis Archiepiscopus, Fridericus Colonienensis Archiepiscopus, Gebhardus Wirtzbergenensis Episcopus, Hermannus Varden Episcopus, Conradus Augustensis Episcopus, Eberhardus Babenbergensis Episcopus, Fridericus Dux Sueuorum, Hermannus Marchio de Lusitz, & frater eius Henricus. Signum domini Friderici Romani Imperatoris inuictissimi. Ego Reinaldus Cancellarius, Vicedomini Moguntinensium Archiepiscopi, & Archicancellarij recognoui.

DATVM Augustæ 18. Calend. Iulij, Anno Dominicæ incarnationis Millesimo, centesimo, quinquagesimo octauo, Indictione sexta, regnante Friderico Romanorum Imperatore Augusto, Anno Regni eius septimo, Imperij vero tertio, &c.


IN NOMINE sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, FRIDERICVS, Dei gratia, Romanorum Imperator, & semper Augustus; Quæ imperiali statuatur auctoritate, literis competet annotari; Ne vel transeuntium temporum antiquitate, in obliuionem deueniant, vel prauorum hominum, fraudulentis machinationibus, indignam sui mutationem incurrant. Nouerint igitur vniuersi tam præsentis, quàm post futuræ ætatis fideles imperij, qualiter dilectus noster Adilbertus, Frisingen. Episcopus, ad Maiestatis nostræ præsentiam accedens, humiliter nobis conquerendo significauit: Quòd Nobilis vir, Henricus de Brunsvyck, quondam Dux Bauariæ & Saxoniz, forum in Vergen cum ponte, quòd Ecclesia sua à longè retractis temporibus quietè possederat, destruxerit, & illud in villam München violentè transfulerit. Cuius siquidem rei veritas, & si nostræ constaret Serenitati si ipse tamen eam septem legitimis testibus, in nostra comprobauit audientia; sunt autem hi, Conradus Salzburgen. Archiepiscopus, Chuno Ratisponensis Episcopus, Berchtoldus Marchio Istriæ, Gebhardus Comes de Sultzpach, Otto Palatinus Maior, & frater eius Otto Minor, Fridericus Burggrauus. Consequenter igitur super eadem causa à Principibus Curiz nostræ requisita sententia, iudicatum est; Quòd præfati Henrici factum temerarium in irritum ducere imperialis deberet auctoritas. Quocirca secundum iuris tenorem, translationem prædicti fori in vacuum reuocantes, ipsum forum cum ponte memorato fidei nostro Episcopo Frisingen. suisque Successoribus restituumus, & præsentis scripti priuilegio eis & suæ Ecclesiæ in perpetuum confirmamus. Item ad instantem prætaxati venerabilis Episcopi postulationem ex indulgentia Imperialis Clementiæ permisimus, & beneuolè approbamus assensu, vt prædia quæcunque sumptibus suis ipse conquisiuit, prohibitu suo Ecclesiis, vel aliis religiosis locis, seu ad Altaria quælibet possit contradere, & de eorundem prædiorum redditibus pro suo arbitrio ordinare. Et vt hæc nostra constitutio in omne æuum rata permaneat & inconuulsa, præsentem paginam in memoriam facti conscribi fecimus, & Maiestatis nostræ Bulla communiti: Testes huius rei prædictus Conradus Archiepiscopus, Chuno Ratisponensis Episcopus, Berchtoldus Marchio Istriæ, Otto Palatinus Maior, Otto Palatinus Minor, Gebhardus Comes de Sultzbach, Fridericus Burggrauus. Item alij testes, qui eidem negotio intererant, Diethpoldus Parauiensis Episcopus, Henricus Curien. Electus, Gassiodonius Mantuen. Episcopus, Gottfridus Cancellarius, Ruodolphus Notarius, Romanus Præpositus Haluerstatensis, Henricus Burggrauus, Siboto Comes de Nuiyvenberg, Henricus de Altendorff, Degenhart de Halenstain, Chunrad Burggrauus de Nürenberg, Fridericus de Druchendingen, & frater eius Albertus, Amelbrecht de Lochhusen, Henricus Marschalck de Pappenhaim, Burckhardus Camerarius, Atzo Camerarius, Regilo Camerarius, Rudolphus de Waldecke, Henricus Fœlix puer, Adilolt de Dornbach, Englyvan de Achdorff, & frater eius Henricus, Ruodolphus de Ried, Hartuicus Marscalcus, Berchtoldus de Reichershausen, Sibot de Holtzhausen, Wolpherus de Holtzhausen.

Ego Gottfridus Imperialis Aulae Cancellarius, Vicedomini Christiani Maguntinæ Sedis Archiepiscopi, Germaniæ Archicancellarij, recognoui, &c.

SIGNVM Domini Friderici, Romanorum Imperatoris inuictissimi, &c. Acta sunt hæc Anno ab incarnatione Domini M. C. Lxx. Indictione XIII. regnante Friderico, Romanorum Imperatore gloriosissimo, Anno Regni eius XXIX. Imperij verò XXVI. Datum Ratisponæ in solemnibus Curia 3. Idus Iulij, fœliciter. Amen.

A D D I T I O N E S.

E P I S C O P I F R I S I N G E N S E S.

a.  *Ertiora Auentini commentis scituque digniora tradidit Dn. Marc. Velferus, Boicar. rerum. l. p. 256. quae paulo post recitabuntur. Vid. etiam P. Rader. de SS. Bauar. Tom I. pag. 62. b. Non potuerunt nebulones scelestissimi, Magdeburgenses, inquam, Centuriatores ab hoc sancto linguis suis petulantibus, & spurcissimo calamo temperare. Cent. VIII. col. 787 & col. 883 sed nil unquam damni inferent Erebi ergastulis constricta mancipia aut S. Corbiniano, aut cuius alteri caelitum consorti.*

b. *Non Ottonis Frisingen. Episcopi haec esse, sed eidem ab alio quopiam assuta fuisse, manifeste arguit diuersitas Codicum, tam MM. SS. quam typis excusorum; de qua re consulat, qui volet, editionem nostram.*

c. *De hac renunciatione dicuntur infra suo loco plura.*

d. *Catalogus M. S. Episcoporum Frisingen. de S. Corbiniano inter cetera isthaec habet. Notum sit omnibus, quod quamuis vir ille Dei S. Corbinianus Episcopus Frisingen. Ecclesiam primus irradiauit sanctissimae vitae suae exemplis ac documentis: attamen in ipso monte Frisingen. dudum circa annum 444. Ecclesia in honorem B. Virginis constructa fuisse dinoscitur. ex quo consequitur eandem in Frising. fuisse primam; & non Capellam S. Petri, ut quidam simplices asserunt; quam Erchembertus qui ibidem sepultus est, construxit. S. autem Corbinianus a. B. Gregorio III. Urbis Romae Episcopo praesul ordinatus ad gentes destinatur. Hic itaque Bauariam veniens, a Thassilone Duce, eiusque filio Theodone benignè suscipitur: montem Frisingen. accepit, qui tamen syluis circumseptus, quasi Venatorum specula fuisse asseritur, ubi primò Ecclesiam; quae vsque hodie cernitur in honorem B. Benedicti construxit, ac Monachorum ibidem sacrum conuentum habitaculaque idonea adunauit.*

e. *Non abs re videtur, Vitam S. Corbiniani, a doctissimo Velfero IV. Rer. Boicar. libro de lineatam. hic inferere. Sic verò habet.*

CORBINIANUS eaetate (THEODONE quinto, huiusque filii, THEODIBALDO, aut Theodoaldo nimirum, GRIMOALDO, & HVGIBERTO Baioariam moderantibus) pietatis studiis apud Gallos floruit. In Melitonensi agronatus, quem nomen a Meloduno Senonum vrbe, ut est apud Caesarem, corrupte traxisse suspicor, monasterium ad sancti Germani ecclesiam condiderat; ubi cum annos quatuordecim vixisset, crebrescente sanctimoniae fama; quotidianis omnium ordinum adibat concursibus, quae consilium & orationes poscentium, quae munera inter egenos partienda afferentium, nam & Pipinus Heristallus Equitum magister, cuius maxima secundum Reges apud Francos auctoritas, miserat hominem ex suis primarium, qui Corbiniani precibus illum submisisset suppliciterque commendaret. Ut ex quietis tranquillitatisque portu, quem secessu petierat, in medios iam hominum negotiorumque aestus videretur reuectus. Offensus ea re, & interpellantium frequentiam impedimentum ad beatiorum vitam interpretatus, Romam abit, solum aliquem ad diuinum Petri basilicam angulum a Pontifice impetraturus, quo cum suis lacitans, vita sancte instituta, vni Deo vacaret. Votis ad Apostoli aedem factis, sese ad pedes Pontificis abiicit, copiosa oratione rationem itineris, quidque quas ob causas petiit venisset prosequens. Gregorius, ab homine quantumuis diserto, inquam partem rogabatur flecti non potuit, in aliam vltro motus est; animaduertens & sim-

Caf. l. 7. de
bel. Gall.

Falsum est
Ortho Frisig
l. 1. c. 24.
Corbinia-
num a
tempore
Regis
refo-
rens.

ſoenim, quam mirifica contentione omnibus pietatis exemplis exercitus, pura
 & ſimplici mente in Deum ferretur, cum ea exterius accederent adminicula,
 quibus omnis & aetas & ſexus caperetur, in ſignis oris facundia, morum incre-
 dibilis candor, faciles ſuaueſque congreſſus, intellexit eum altius euectum, e-
 gregios & vberes fructus eſſe laturum. Nec mora, promotum per ſacrorum
 ordinum gradus, Episcopum creat, addito honoris cauſſa pallio, & ſacra bene-
 dictione ampliffima formula, qua exercenda dignitatis vbicunq; terrarum,
 fieret poteſtas. Pontificis imperium detrectare non auſus, contra quam ſpe-
 rarat, nouum in Galliam onus inuitus & coactus retulit. Ita verò geſſit, vt prio-
 rem ſanctimoniam opinionem miracula diuinitus edita exaugerent, illum que
 vulgò etiam, ſed apud pios præcipuè, in magna admiratione & laude pone-
 rent, ſupplices & munera indies copioſius circumfluere. Quo homo ab omni
 ambitionis & auariciæ ſpecie longè abhorrens, ad repetendum Melodunenſe
 latibulum compulſus eſt. Ibi ſeptennio circiter actò, reſ eodem redijt, tanta
 virtus nullis parietibus cohiberi poterat, famâ quo ſtudioſius preſſa, magis ma-
 giſque erumpente, & aduentum coitiones fiebant iam prope turmatim. Ro-
 mam ergo quo prius animo, ſed clam deuio & inſueto alio itinere regredi cogi-
 tat, ne ſirecto conſilium emanaret. Hæc in Germaniam deſectendi cauſſa.
 Vt ad Boios venit, quos Noricorum nomine Aribo appellat, plerorumque ru-
 ditatem miſerans, officij delati memor, verba de rebus diuinis ſæpe vtiliter in
 publico fecit. Rumor breui Theodonem attigit, qui quoſcumque ſacerdo-
 tes comiter excipere ſolitus, peregrini Episcopi deſiderio magnopere incenſus,
 cum ad ſe vocat, & coram omnia ſupra quam ſermonibus celebraretur exper-
 tus, quibus poteſt precibus contendit, Boicam de cetero ſedem legat, ſibi, ne
 obtemperante aliquando poeniteat, curâ fore. Aſſenſus exprimi non potuit,
 muneribus itaque onuſtum dimittit. Nec de Theodone quidquam poſt illam
 diem, quod extet, proditum. Ab eo ad Grimoaldum filium ventum, cui
 pars prouinciæ in Italiam vergens obtigerat, regiâ Friſingæ conſtituta. Non mi-
 nori ibi ſiue principis ſiue popularium gratulatione acceptus, ad primum virtu-
 tis doctrinæque guſtum, maiori etiam contentione, vt ſubſiſteret, rogatus eſt.
 Grimoaldus omnibus modis blandiendo, ſupplicando, hæreditate quin inter-
 liberos pollicita, inſiſtere, ne ſe abiens deſereret. Cum nihil exoraretur, nec
 inuitum retinere placeret, amplis item donato muneribus, comites additi, qui
 ad Italia ſines honorificè deducerent, ſimul Venuſticæ vallis reliquisque circa
 populis, ipſo inſcio imperarent, Româ reuertentem obſeruare, ad regiam re-
 ducendum. Nox euntes inter alpera alpium in campis ad ſyluam, Breonum
 regione oppreſſerat, cum equum clitellarium incauſtoditum ab viſo raptum
 dilantari contigit, tum Corbinianum ſarcinam, quæ prius iumenti fuerat, viſo
 imponi iuſſiſſe terunt, paruiſſe belluam, ſylueſtri ingenio depoſito, vicariâ ope-
 ra toto reliquo itinere functam. Illuſtre viſum miraculum, dignum inter mul-
 ta, quod poſte ritatis memoriæ imaginibus additum repræſentaretur. Inde Tri-
 dentum. Ticinumque progreſſus, traictò Pado iter per Hæturiam Romam
 tenuit. Vbi que ligna, qua quam Deo charus eſſet oſtenderent, edita. Luit-
 prandus Rex euntes redeuntesque, quantum maximum potuit honorem habuit,
 vt neque ad genua accidere, neque ſecius orationibus perquam demiffè com-
 mittere, infra Regium ſaſtigiū putauerit. Romæ Gregorius appellatus, de
 concilij ſententia perſiſtente reſpondere, non placere Episcopum priuatam & re-
 ſidem in monaſterio vitam ducere, neque munus, quod omnibus precibus ora-
 bat, abdicare, quin feliciter cœptum, pari curâ proſequeretur, & eo rediret v-
 bi plurima bonæ frugis ſpes eſſet. Adiecta in ſuper certa & dilucida ſacrarum
 litte-

*Arenpék. l.
2. c. 17.
Mansu-
vansam,
qua ad A-
thesim est,
interpretat-
ur.*

litterarum testimonia, quibus hæc ipsa confirmabantur. Auctoritate & argu-
mentis victus, cum aliquot dies Pontificis benevolentia dedisset, accepto com-
meatu quâ ierat reuertitur. Ut Tridento Maias, Boicæ tum dicionis primum
ab Italia castellum, venit, castellanos non fefellit, iussus subsistere dum Grimo-
aldum consulerent. Ille interim occasione sequutus, sancti Valentini
Episcopi corporis reliquias veneratur. Valentinus enim, Batauis olim
pulsus, lætiori successu in Alpes delatus, ecclesiam Marijs condidit,
in qua mortuum humauere, ibi tunc Corbinianus supplicauit. Et montanam
proximam regionem per otium lustrans, solo syluis frugibusque læto capiebatur,
auio in primis loco delectatus, cui incolæ Camina nomen fecerant, Timone
& Finali amnis utrimque irriguo, de quo iam tunc mercando, & extru-
cto tuguriolo rebus diuinis destinando cogitabat. A Grimoaldo reuerfi nun-
tiant, principem in summa eius expectatione esse, sibi adducendi negotium
delegatum, quod ut ipso volente propitio exequerentur, venerabundos roga-
re. Doluit latere non potuisse, cum verò dissimulandi locus nullus restaret, in-
uitus assensus est. Theodibaldus Corbiniano Romam profecto, fato concessit

Pilidrudis.

serat: **PILIDRUS** DE VXORE relicta, Franca origine, forma & nobilitate præ-
stante, quam Grimoaldus adamatam, spreta fama, & calcata fraterni thori re-
uerentia, iustæ coniugis loco domi habebat. Ut resciauit Episcopus, auersatus
scelus, præmittit qui semel diceret, se in principis conspectum neutriquam ven-
turum, quam diu probum illud ei hæreat, graui addita inter cetera Pauli Apo-
stoli verbis comminatione, neque adulteros neque fornicatores regnum Dei
possessuros. Prope fuit ut procax scemina veterem Herodiadis tragediam re-
peteret, & recencia Alpeidis in Lambertum, Geila in Chilianum exempla e-
rant ante oculos, nam constitit agitata esse id genus consilia, non ignaro pericu-
li Corbiniano, apertè professò, se Ioannis factum imitantem, nisi quod Hero-
des vxorem fratri viuenti tulisse creditur, eiusdem exitum non perhorrescere.
Pergebat nihilominus ablegatis amicis monere, obtestari, tantum piaculum,
quam primum à se amolirentur, variè ostentata spe veniæ ad meliorem mentem
redeuntibus, & quæ pœnarum supplicia peruicaces breui manerent. Qua-
draginta dies contentio tenuit. Mollitis tandem animis, affuere ad pedes Epi-
scopi ambo coniuges, humi passis brachijs frati, peccatum confessi derestatiq;
& diducturos incestum matrimonium, & quæ præterea iuberet omnia facturos
polliciti. Cruce signatos expiatosque subleuat, multa monens quam in poste-
rum viuendi rationem orando, ieiunando, pauperibus largiendo, insisterent.

1. Cor. 6.

*S. Lamberti
passus
an. 609. S.
Chilianum
anno 698.*

*Otho Fris.
Ecclesiam
S. Benedi-
cti dedica-
tam fuisse
scripsit. se.
quod mo-
nachi Be-
nedictini
incolerent.
Arenpék.
l. 2. c. 18.
& pag. 175.*

Cibum inde vna capientibus, Caminæ mentio iniecta, Grimoaldus facile in rem
præsentem venire persuadetur, & æmœnissimum terrarum tractum pretio à do-
minis redemptum, ecclesiæ S. Mariæ virginis Frisingæ, quæ Episcopo sedes de-
stinata, contribuit. Arenpékus Christianorum basilicam à Maximiliani mar-
tyris ætate id loci stetisse prodidit, Maximilianum autem Cari & filiorum imperio
vixisse, supra dictum. In Camina Corbinianus templum sanctorum Valenti-
ni & Zenonis memoria celebrè edificat, vitem circa & frugiferas arbores serit,
optimum etiam de proximo agrum, Chories nomine, coëmit, erogata pecu-
nia quam à Pipino Heristallo dudum dono acceperat. Illud prisce interim seueri-
tatis exemplum edit, quod quam à nostrorum morum remissione abit, tam
vereor, ne parum fidem inueniat, Ut mensa assederat, sollempni formula bene-
epulis precatus, principem cani panis frustum animaduertit proijcere, tum sel-
la indignatus exiliens, quæque parata erant propellens, argento humi voluto
fese foras proripit, indignos sacra benedictione clamitans, qui canes ea dignos
crederent, sibi constitutum & cibo & cura illius domus de cetero abstinere. Pi-
lidrudis

litru diuortium agrè ferenti, cum ira & libidine succensa. omnem nocendi aditum quareret, plana & prompta visa occasio, & Grimoaldū irritatum erat verisimile, tum illa virgere, nihil iam reliquum, tentatam a præfule principis patientiam atroci & insignita iniuria, quam quo animo ferat multum multumque referre, si segni & remisso, omnibus appariturum alibi nomen imperij, alibi vim & potestatem esse, secus si maiestati pares iras gerat, & principalem dignitatem vnus exteri hominis sanguine sanciat. Nihil motus Grimoaldus faminae vocibus, misit qui abeuntem clementer sustinerent; ipse cum proceribus statim insequutus, nullo non officij genere satisfaciens vix placatū in palatium reduxit. In colle ad Urbem Ecclesia Stephano martyri sacra iam tum stabat, quam Corbinianus orationis causa visere solitus: eò cum aliquando siue valetudine ipse occupatus siue negotiis, reliquum Clerum matutinas Deo Laudes dicturum ablegasset, montem subeuntibus canentium chori clarius clariusque ab Ecclesia auditi, & miri fisci splendor, tecto fenestrisque emicantes visi, ingressis, lumen quidem euauit, suauissimus verò late odor diffusus tertio demum die remisit. Episcopus certior de ostento factus, Clerici enim, qui sacro horrōre percussi pars ante vestibulum, pars illo vix superato exanimis conciderant, vt sibi quisque redditus ad eum recurrere, animum ad locum adiecit, & modicas quas incoleret ades Ecclesie coniunxit. Agrè ferre visum famulitium, ob aquæ præfertim inopiam, nam difficiles in tantam tumuli altitudinem quotidianas subvectiones querebatur. Miseratus ergo vir sanctus solus circumiēs, se qua mons in meridiem vergit, humi abiicit, suppliciterque aliquam diu orans, terram scipione, quo nitebatur effodit, ibi tanta aquarum vis erupit, vt & colentium vsibus largè sufficeret, & toto abunde cliuò deflueret, quam diu ille quidem vixit, mortuo per annos amplius quinquaginta, vt temporis ratio rescribere postulat, nam in Aribone quadraginta sunt, aruit, donec relato Frisingam corpore quo miraculum esset testatus, se iterum ostendit, adhuc perennis. Nec eò minus Mariae Virginis Templum dignitate præstabat. Quo ad vespertinas fortè preces tendenti rusticana mulier veneficij iam antea delata fit obuiā, comitabantur viri aliquot onere graues. Interrogata nihil dissimulat, munera ferri Principis liberalitate in se collata, quod filiolum dæmonū præstigiis prope perditum excantatione saluum & incolumem reddidisset. Rarò aliās Corbinianus sic visus excandescere, equo se præcipitans, faminae in os inuolat, & facie multata dona adimit, inter egenos ad vrbis portam partienda, Grimoaldo, fidem Deo toties mutaram exprobrat. Pili drudes, vt eam venefica cruenta facie flens atque lamentans adijt, furenti ipsa propior, humile & abiectum Grimoaldi ingentium aspernari, hanc dicere vnam esse Corbiniani confidentiam, se certiori via manifestarium inimicum vlturum. Ninum ministrorum fidissimum vocat, rem ferro expedire imperat. Erpatratum fuisset facinus, nisi Episcopus clam monitus, tectum ea nocte mutasset. Adest summo manescarius, domum armatis cingit, Episcopum in eadem deposcit, nec multum tamen quaesitum reperit. Aedibus vastatis, dedecore & ignominia oppletus, ad dominam reuertitur. Corbinianus ad Christi præscriptum persequentes fugiens, prouincia excedit, Maias vna cum clero profectus, huius enim castelli imperium ad Langobardos reciderat, inter ea quæ Liutprandum Boijs abstulisse supra dictum. Principi simul per certum hominem denunciatur, poenas morte persoluendas expectaret, & Pili drudem ea ruina collapsuram sciret, quam vltro innocentibus strueret. At Grimoaldus muliebris flagitij agebat ignarus, neque de Episcopi abitu adhuc cognouerat. Nuntio excitatus, prope ablegat qui orent, deprecentur, obtestentur, omnia faciant, vt quibus possint precibus, quacumque conditio-

ne, re-

Matth.
cap. 10.

ANN. POST
CHR. NAT.
DCCXXII.

Annal.
Fuld. Her-
man. Ann.
l. 4. c. 52.

ANN. POST
CHR. NAT.
DCCXXIII.

*Aimoin ad
Danubium
692. dece-
sit, illoq;
transfusa
to sine
Bangre-
se occupat.
Sub-
ita regio
illa cum
theofan-
tulis. Et
cum ma-
trona Flo-
strudo
(quendam
uxore pa-
tris sui Pi-
pini) Et
nepto sua
Sonichilde,
regreditur.
glossema
Sidentur
Verba qua
parente-
seos nota
inclusa, ab-
sunt cum
ab appen-
dice Gre-
gar. c. 103.
DCCXXVIII
DCCXXIX.*

ne reditum euincant. Nequicquam. Responsum Iezabelis cauendas insi-
dias. Designata Pilidrude Iezabelis nomine, que itidem prophetas olim
feralibus odijs persecuta. Nec morata vindicis numinis ira se exserere,
Carolus Martellus Francorum Princeps, anno post Christum natum,
Septingentesimo vicesimo secundo, traiecto Danubio in Boios mouit. Scri-
ptores, vt nuda fere est omnis eo saculo historia, nec causam expeditionis,
nec euenta tradunt: nisi quod duro & difficili bello Francum victorem defun-
ctum esse conuenit. Pace constituta, sequenti statim anno rebellatum, & re-
belles iterum victi. Tum gaza ingens de Boijs parta, Pilidrudes cum Sonichil-
de nepte, intervictoriae praemia abducta. Ita Gregoriana appendicis scriptor
auctor est: nam in Aimoino Plestrudis nomen, a luto etiam glossemate, per-
peram pro Pilidrude legitur, quod utique Aemilium, diligentem scriptorem,
neque eum tamen solum, sefellit. Aribo Pilidrudem Carolum in Galliam se-
quutam scripsit, post fastiditam, eo miseriarum recidisse, vt quo diuturniore,
supplicio scelerum poenas expenderet, dignitate & bonis exuta, vitam per ex-
trema quaque ducens, veluti piaculare ostentum a fello circumuectaretur, in
Italiam tandem incertis erroribus delatam, infelicem ibi animam exhalasse. Et
liberos paterna hereditate excidisse, matris fortuna per varias aerumnas aetatem
pressos. Infans qui magico carmine lustratus visus reualefcere, exspirauit,
Grimoaldus coniuratorum factione percussus, Ninus fæda & infami morte,
dum alium leuat lancea traiectus, periit. Et vindicta hactenus constitit. Do-
mestici annales Grimoaldi mortem in annum septingentesimum siue octauum
siue nonum referunt. Ex Theodonis filijs Hugibertus supererat, solus iam Boi-
cæ potens. Cui benigne & humaniter reuocanti, Corbinianus non difficulter
paruit, summo quo merebatur honore ab eo habitus; sacri lauacri foedere con-
iunctos fuisse, Aribo prodidit, credo quod Principis liberos Episcopus tinxerit.
Mortem vt ex propinquo imminere animo praesensit, tam quidem certè & di-
stinctè, vt diem, & omninò horam familiaribus notaret, Erimbertum fratrem
ad Liutprandum Regem legat, orata auctoritatem interponat, qua Maiensium
praediorum possessio Frisingensibus sit perpetua, mortui cadauer, quod S. Va-
lentino dudum commendauerit, inibi condi patiatur. Alium ex discipulis ad
Hugibertum mittit, qui in eandem sententiam, cadauer Maias deferri roget.
Octauo post die, lotus rasusque sacram vestem induit, sacrificium offert, & my-
sterijs perceptis domum redit, vbi cum vinum poposcisset, vix gustato, fron-
teque cruce signata, extremum spiritum, nulla cum doloris significatione red-
didit. Funus à ministris Frisingæ ad D. Mariæ curatum. Apparuit Deo cordi
esse supremam morituri voluntatem non negligi. Totos triginta dies continens
imber, inter vehementes procellas depluit. Tum Hugibertus corpus ex huma-
ri mandat, quo viuis iusserat deuehendum. Integrum repertum est, per
omnia suauiter dormienti, quam aut mortuo aut aegrotanti similis, & fuere in
magna hominum ad spectaculum confluentium turba, qui viuere crederent,
moto, calidus de naribus sanguis fluxit, quem fictili exceptum, in castello quod
hospitium proxima nocte praebuit, terra condidere. Maijs Langobardicum
praesidium, insidias à Boijs veritum, funus non nisi ostenso Liutprandi diplo-
mate admisit, tum quoque oculo scrutato, stragula sudariumque capitis vt e-
uoluere, cadauer spirantis habitu conspectum, & integer iterum sanguis nari-
bus manauit. Accessere alia tum in itinere tum Maijs miracula. Vt ad S. Va-
lentini humatus, triduo post intempesta nocte in ea ipsa Ecclesia visa candidissi-
ma funalia tanto splendore exardescere, vt diem vincere crederentur, & iucun-
dissimus odor fusus est. Annum Septingentesimum tricesimum annales nu-
merant.

Con-

Concordat cum annis Episcopatus Erimberti M. S. Catalogus. De distincta in par-
tias, seu, ut hodie loquimur Dioceses, priusquam, qua sub hoc Episcopo Eriberto seu Erim-
berto contigerunt, ex libro Tradit. Frising. desumpta, hic inseramus, non abs re videtur
Marc. Velfer. audire, qui Rer. Boicar: libr. V. pag. 272. rem sic persequitur.

HVGIBERTVS sequenti anno (post Chr. nat. DCCXXXIX.) vita fun-

ctus, VTILONEM, siue Otilonem aut Odilonem, incompertum an ex se na-

tum, ceterum ingentis spiritus principem, successorem habuit. Erenuolfo

quamuis represso, multa adhuc eius generis pestes tota provincia volitabant:

pars se Episcopos mentiri, pars presbyteros, alij alia, ut cuique commodum

fingerè, ecclesias peruertere, populum, vulgus enim nouando in primis capi-

tur, seducere. Sedes sacræ per Boicam habebantur quatuor, Laureacum si-

ue Bataua, Salisburgum, Frisinga, Reginoburgum. Sabionæ ratio non habita,

quod Langobardicum imperium respiceret. Nuenburgum Reginoburgo cre-

do accensa. Verum eæ nec continentibus Episcoporum successionibus, nec

certa finium descriptione satis constituta. Soliti præterea Pontifices Romani

legare homines persæpe externos, magna & excellenti virtute, Corbinianos &

Bonifacios puta, qui Episcoporum munere vbiq; liberè sine exceptione fun-

gerentur. Fraudatoribus dolo obtegendol vtraque causâ seruebat, posterior-

maximè, quo peregrini & ignoti facilius irrepent, Pontificiam missionem

credulis persuadebant, si qui præsertim Britanni, fuci eiusdem cum apibus pa-

triæ consortes essent, quod ipsum superior Gregorij epistola innuit. Ut ilo tan-

tam & tam latè patentem, tamq;ue perniciosam improbitatem coercendam ra-

tus, Bonifacij opem implorat. Is Roma reuersus, commodum apud Luitpran-

dum Ticini hærens, statim vocatus affuit, & omni Boica perlustrata, impuros

nebulones profligauit, populum prauis opinionibus corruptum, Christianis

mysterijs ab ipsis iterum rudimentis instituit. Multum ei rei operæ multumq;

temporis impensum. Ut fructus responderet, & ne res ad hanc aliquando per-

turbationem relaberetur, placuit sedibus quorum nomina posuimus, quod va-

carent pleræque, Episcopos, Vitilone & opumaribus volentibus, præficere,

tum iurisdictionem, descriptis diocesium limitibus distinguere. Salisburgen-

sibus post Rupertum & Vitalem, deinceps Ansologus, Sauolus, Ezius, Flobar-

gisus præfuerant, Abbates omnes monasterij Petri Apostoli, quod Rupertus in

ea vrbe instituit: tunc quoq; Ioannes inde datus est. Frisingensibus Erimbertus,

Corbiniani nuper defuncti frater. Reginoburgo Boiorum regiæ, Gaubaldus siue

Garibaldus. Laureacensis & Batauensis Episcopatus coaluerant paulatim. Phi-

loni & Brunoni vnus Theodorus successerat, Theodoro Viuilum siue Viuilonè

Gregorius non ita dudum surrogat, quem excisa ab Hunnis Laureaco, sub Hu-

giberti demum mortem, sacra sacerdotesq; in Bataua transtulisse auctores ha-

beo. Bonifacius de Viuilo, qui vnus legitimus in Boica esset Episcopus, nihil mu-

tauit, diocesium perinde ac reliquas deiciuit. Viuilum Pontifici actorum rationè

p epistolâ reddere, quæ eû exciderit, capitû argumenta ex rescripto intelligim⁹.

R.^{mo} & sanctissimo fratri Bonifacio coepiscopo, Gregorius feruus seruatorû Dei.

Doctoris gentium egregij & beati Pauli Apostoli vox est, dicentis: Diligen-

tibus Deum omnia cooperantur in bonum. Agnoscentes itaque in Syllabis

fraternitatis tuæ, quia de Germaniæ gentibus, quas sua pietate Deus noster de

põestare paganorum liberavit, & ad centum millia animas in sinu sanctæ ma-

tris ecclesiæ, tuo conamine & Caroli Principis Francorum, aggregare dignatus

est, sed & in Boioaricorum prouincia quæ a te acta sunt agnoscentes, datori

omnium bonorum domino Deo nostro, extensis ad cœlum manibus gratias

retulimus: quia ianuam misericordiæ & pietatis in illis partibus Hesperijs, ad

L

cogno-

g.

Atchepè. 1
 2. c. 23. &
 manuscr.
 pleriq;
 Steindæl
 an. 740.
 quidam
 751. habet

Cat. epi
 scop. Salis
 burg. Hun-
 dij & alio-
 rum.

Catal. Ba-
 tau. Scritto-
 rius &
 Hendj. qui
 tamen,
 quod Viu-
 lonem à
 Gregorio 2.
 an. 722.
 Episcopum
 constituta
 scribant,
 errant.

Rom. 8.

*Hinc patet
est Viuilum
non à Gre-
gorio sed
à tertio or-
dinatum
esse, quod
paullo post
steru deser-
te dicit.*

cognoscendam viam salutis aperuit, & misit Angelum suum, qui præparauit viam ante te. Igitur quia indicasti perrexisse te ad gentem Boioariorum, & inuenisse eos extra ordinem ecclesiasticum viuentes, dum Episcopos non habebant in prouincia, nisi vnum nomine Viuilum, quem nos paullo ante ordinauimus, & quia cum assensu Vtilonis Ducis eorundem Boioariorum, seu optimatiu prouincie illius, tres alios ordinasse Episcopos, & in quatuor partes illam diuisisti, id est in quatuor parochias, vt vnusquisq; Episcopus suam habeat parochiam: bene & satis prudenter peregristi frater, quoniam Apostolicam præceptionem ex nostra vice implesti, & sicut tibi præcepimus, ita egisti. Itaq; non desinas frater reuerendissime, docere eos sanctam Catholicam & Apostolicam Romanæ sedis traditionem, vt illuminentur rudes, & viam salutis teneant, per quam possint ad æterna præmia peruenire. Presbyteros autem quos ibidem reperisti, si incogniti fuerint viri illi, à quibus fuerint ordinati, & dubiu est eos Episcopos fuisse, qui eos ordinauerunt, si bonæ actionis & Catholici viri sunt ipsi presbyteri, & in ministerio Christi omniq; lege sancta educati, ab Episcopo suo benedictione presbyteratus suscipiant, & confecerentur, & sic ministerio sacro fungantur. Illi verò qui baptizati sunt per diuersitatem & declinationem linguarum gentilitatis, si tamen in nomine sanctæ trinitatis baptizati sunt, oportet eos per manus impositionem & sacri chrisimatis confirmari. Nam Viuilus Episcopus à nobis est ordinatus. Hic si aliquid excedit extra canonicam regulam, doce & corrige eum, iuxta Romanæ ecclesiæ traditionem, quam à nobis accepisti. De Concilio verò, vt iuxta ripam Danubij debeas celebrare nostra vice, præcipimus fraternitati tuæ Apostolica auctoritate, te ibidem præsentari. Et in quantum tibi dominus vires dederit, prædicare verbum salutis non cesses, vt religio Christiana in nomine domini crescat & multiplicetur. Nec enim habebis licentiam, frater, pro incepti laboris utilitate in vno morari loco, sed confirmatis cordibus fratrum & omnium fidelium, qui rarefcunt in illis Hesperijs partibus, vbi tibi dominus aperuerit viam salutis, prædicare non desistas. Et vbi locum inuenieris, secundum Canonicam regulam Episcopos ordina ex nostra vice, & Apostolicam atq; Canonicam traditionem eos tenere edoce. Ex hoc enim magnu mercedis præmium tibi præparabis, quoniam omnipotenti Deo facies plebem perfectam. Non pigeat dilectissime frater, itinera carpere aspera & diuersa, vt Christiana fides longe lateq; tuo conamine extendatur, scriptum namque est, arcta & angusta via est quæ ducit ad vitam. Operare itaque frater opus bonum quod cepisti, vt in die Christi lesu merearis dicere, Ecce ego & pueri quos dedisti mihi, non perdiidi ex eis quenquam. Et iterum: Domine, quinque talenta dedisti mihi, ecce alia quinque superlucratum sum. Vt subsequenter merearis audire vocem domini dicentis, Euge serue bone & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam, intra in gaudium domini tui. Data IV. Kalend. Nouembris, imperante domino pijsimo Augusto Leone, Imperij eius anno XXIII. sed & Constantini Imperatoris eius filij anno XX. indictione V. III.

Matth. 7.

Matth. 25.

Ad hæc tempora pertinent quæ ex lib. tradit. sup. commemorato descripta sequuntur.
Desiderantibus nobis gesta sanctorum Pontificum stili breuitate transcurrere, placuit quoque huic opusculo interserere, qualiter tempore Heriberti prefati viri religiosi, S. Bonifacius episcopatum istum in quatuor diuisit Episcopatus. Huius igitur viri aliqua promeritorum documenta excerpimus, vt quando se religionis regimine per cunctos etatis sue gradus indefinenter rexit, breui videlicet proferamus sermone. Quoniam diutinus sanctorum usus est, vt cottidie per exempla aliorum se prouehant, & decrefcente dierum calculo, crescat in eis intimi virtus amoris. Cumque Ecclesiarum esset non ni-

nia

mia in Hassis & in Turingia multitudo exstructa, & singulis singuli provide-
 rentur custodes, cum etiam tertio propter familiarem Sancti Apostolici Pon-
 tificis totiusque Cleri communionem, discipulorum. comitatem caru Ro-
 mam venit, vt Apostolici videlicet Patris salubri frueretur colloquio, & sancto-
 rum se etiam etate prouectus orationibus commendaret, ac nisi post immen-
 sam itineris vastitatem, domino Apostolico Gregorio iuniori se presentare,
 benigne susceptus est ab eo, tantaque à cunctis tam Romanis quam aduenis
 etiam veneratione habebatur, vt multi ad salutarem eius doctrinam conflue-
 rent, Francorum etiam & Bauariorum, nec non ex Britannia venientium, Sa-
 xonumque & aliarum prouinciarum ingens sedulo eius ammonitioni adhere-
 bat multitudo. Cumque non minimum anni spacium in his moraretur regioni-
 bus, & sanctorum peragrando atque orando circuisset reliquias, tunc quippe
 salutato venerando viro ac sedis Apostolice Pontifice, cum muneribus, & re-
 liquijs sanctorum honorifice ditatus remeavit, Italiamque perueniens Ticinæ
 vrbis ingressus est menia, & apud honorandum Longobardorum Regem Liud-
 brandum iam senio fessis membris requiescebat. Et inde recedens non solum
 inuitatur Bauariorum, ab Hodilone Duce, sed & spontaneus visitat incolas
 mansitque apud eos diebus multis, predicans & Euangelizans verbum Dei, ve-
 reque fidei atque religionis renouauit sacramenta, & destructores Ecclesiarum
 populique peruersores abigebat, quorum alij pridem falsos Episcopatus pre-
 lerunt gradus, alij etiam presbyteratus se officio deputabant, alij hec atq; alia
 innumerabilia fingentes, magna ex parte populum seduxerunt. Sed quia san-
 ctus vir iam Deo ab infancia deditus iniuriarum domini sui non ferens supra dictū
 ducem, cunctumque vulgus ab iniusta heretice falsitatis secta, & fornicaria sa-
 cerdotum deceptione coercuit, & prouinciam Bauariorum Odilone Duce
 consentiente, in quatuor diuisit parochias, quatuorque his presidere fecit Epi-
 scopos. Qua ordinatione scilicet facta in Episcopatus gradum subleuauit. Quo-
 rum primus nomine Ioannes Ecclesie in oppido quod dicitur Salzburg Episco-
 patus Cathedralium tenuit principatum. Secundus Erimbertus qui super Frisingensem Eccle-
 siam speculatorum tenuit principatum. Tertius Gailpach qui ecclesie ciuitatis
 Reginæ pastorale excubitorum subijt magisterium. Quartus Wisilo qui super
 Patauiensem ecclesie sacre indagacionis obtinuit dignitatem. Cumque omnia
 confirmato Christianitatis ordine ritè agerentur, & Canonum sunt iura repa-
 rata, iam ad proprias remeando redijt ecclesias, populiq; sibi commissi curam
 gerens, caulasq; gregum circumspiciens, excubias plebum prouidens, oues à ne-
 fandis luporum moribus eripuit. Cumq; Karoli Ducis gloriosi triumphale fini-
 tum esset regnum, & filiorum eius Karolimanni & Pipini roboratum esset Im-
 perium, tunc quippe domino Deo oppitulante ac suggerente sancto Bonifacio
 Archiepiscopo religionis Christianæ confirmatum est testamentum, orthodo-
 xorum Patrum synodalia sunt in Francis correcta instituta, cunctaq; Canonum
 auctoritate emendata atq; expiata, & tam laicorū iniusta concubinarū copula
 partim exhortante sancto viro reparata est Ecclesia, quam clericorū nephanda
 cum vxoribus segregata. Tantusq; in supra dictis ducibus diuine charitatis per
 doctrinam sancti Bonifacij feruor exarsit, vt plebem quidem à peruersa inolite
 consuetudinis censura multum liberarent, quæ proprio implicata arbitrio, &
 hereticorū decepta suggestionē ius eterne hereditatis amiserat. Adeo enim spi-
 ritualis in populo doctrinæ lucem hereticorum suffocauerat secta, vt tenebrosa
 heretice deceptionis caligo magnā siquidē plebis obtexerat partem, ex quibus
 quidem Aldebrecht & Clemens à via veritatis populum pro vana pecuniarum
 cupiditate seducti iugi auerterent studio. Sed à Sancto Bonifacio Archiepisco-

po consentientibus Karolomanno & Pipino gloriosis ducibus ab Ecclesiæ unitate expulsi, iuxta Apostolum traditi sunt Sathanæ in interitum carnis, ut spiritus saluus fiat in die domini.

h. *Tot annos habes quoq. Catalogus. De hoc Iosepho in lib. Trad. Eccl. Frising. seq̄tia leguntur.*

Notum est cunctis fidelibus veracisq; viris, qualiter dominus Ioseph Episcopus cum multis fidelibus veracisq; viris congregavit & coadunavit rem quæ pertinet ad domū S. Zenonis, quæ ædificata est infra flumen quod dicitur Isana. Aliud acquisiuit dominus Ioseph Episcopus cum pecunia, aliud tradiderunt & donauerunt fideles viri, & ditauerunt domū dei quod supra diximus, & S. Zenoni tradiderunt partē terrestriam, ut acquirerent sibi feliciter cœlestem patriam possidere, & animas eorum à periculis liberare. In primis Ottilo Dux tradidit VII. mansos vestitos, & ipse Ioseph Episcopus acquisiuit & comparauit mansos vestitos. VI. Ramvvolff tradidit mansos VII. Alpolz tradidit mansos V. Otto tradidit mansos V. Althumar presbyter tradidit mans. III. Sundarhor tradidit mansos IV. Pircheilo tradidit mansos. II. Heimprecht tradidit mans. I. Warmunt. tradidit mans. I. Echo tradidit mans. I. Hitiilo tradidit mans. I. Hutzilo tradidit mans. II. Reginher tradidit mans. III. Timo tradidit mans. III. & quidquid habuit in illa die. Pernhart tradidit coloniā vnā, Wolfher tradidit coloniā vnā.

Hoc factum est ad Isanæ in domo S. Zenonis, Anno incarnationis Domini DCCLVIII. Indiēt. XI. Anno XI. Tassilon: Ducis Regni eius. *Testes presentes tracti in libro traditionum habentur.*

i. *De nomine ARIBONIS sic Velfer. Rer. Boicar. V. pag. 308.*

Otfrid. l. 4. 6.
Iob then ad alerban, Stid tho the san Warpor.

Cap. 39. Ego Aribon Heres, licet indignus ipsius Frisingensis sedis Episcopus. Hebraei res heres est. Sed Cyrius exymologia color ex Græco sermone potest, si quidem Iurisconsulti heredem tanquam heru dicitur contendunt. Inst. de her: qual. Et differ. Arno f. Come: epist. ad Barcarum Abbatem to. 2. ant. lect. In gestis Sidelicet domi nominat.

Vltimus Heres, Frisingensis post Erimberrum & Iosephum Episcopus, idem Aribon & Cyrinus, vnus tribus nominibus appellatus: nisi verius vnum idem nomen, trium linguarum interpretatio est. Nam hoc quoq; non præter institutum enucleabitur. Erbon & arbon, maioribus hæredes dictos, qui nobis Erben sint, eo Otfridum, Germanicorum scriptorum antiquissimum, Warbon voci erbon, tanquam similiter cadenti, in carmine opposuisse: accreuisse mediâ I. ex prisca sæculi consuetudine, quod crebrum vocalium interiectum, contra quâ hodie fit, nostri olim aucuparentur. Aribonem itaq; Latine nil nisi herede esse. Quod is ipsum scilicet respexit, utroq; vocabulo in Corbiniani vitâ coniuncto. Quin longius progressus, cum in syllabo Hebraicorum nominū, qui siue Hieronymo, siue Bedæ auctoribus tribuitur, Cyrinum cum heredis interpretamento reperisset, quam verè, sacre lingue gnari sciunt, hac quoq; elegantia, ut tum sentiebant, delectatus, se sub finem vitæ S. Emmerami Cyrinum dixit. Vnde nemini adhuc suspicari in mentem venit, eam ab Aribone scriptam: nec nobis quidē fortasse subuolisset, nisi lectione Arnolfi admonitis, à quo cum Cyrinum eundem Heredem esse didicissemus, facile fuit & Aribonem componere, & tot diuersorum, nominum causas inuestigare atq; eruere, ipsius præsertim Cyrius indicio, qui Iosephum siue Ioseppum, decessorem suum disertè nominat, at Iosephum Frisingæ ante Aribonem sedisse, ex illius ecclesiæ tabulis comperimus.

M. S. Catalogus de hoc Episcopo istæ commemorat: ARIBO aliàs HÆRES, Ecclesiæ Frisingensi præfuit pastor anno Domini DCCLX. Hic Pontifex dedicauit multas Ecclesias, quarum plures ad Ecclesiam B. Mariæ Virginis, & ad sepulchrū Christi Confessoris Corbiniani in perpetuum sunt traditæ. scil: Ecclesia B. Archangeli Michaëlis, in Dettnpach. Item in Holzhausen, Item Truchtering, &c. Item anno Domini DCCLXXIII. Ecclesia B. Christi martyris Emmerami in Helfendorff, vbi ipse martyrium elegit, quam Erimberrus Episcopus dedicauit, similiter oratorium in Scaffarn ad domum Episcopalem Hæredis Pontificis donatæ sunt. Item anno Domini DCCLXXIX. oratorium sicut clarissimi patroni nostri Emmerami martyris, didum à quodam, qui se Cyrinum & Herodem Schlier Frisingensis Ecclesiæ Episcopo, si puto rectè scripsit.

Schliersee fratres pro solitudine elegerunt & construxerunt, quod consecrauit Episcopus Arbo, eisque Abbatem constituit, iuxta ordinem Regulæ Sancti Benedicti. Acta in monasterio Schliersee, Anno ut supra. Similiter Monasterium Schlehdorff in honore S. Dionysij dedicauit, & Hares sub gradu minori constitutus eidem congregationi præfuit, vbi etiam S. Tertullianus requiescit in corpore, quod Reginbertus Monachus ab Adriano Papa impetrauit, &c.

Catalog. M. S. ARTO Episcopus factus Anno Domini DCCLXXXII. k. Huic Meginhart Abbas in Tegernsee, quindecim Ecclesias, quæ iniuste abstractæ fuerant ab Episcopatu Frisingensi, per manus ARWONIS Archiepiscopi restituit. Item Basilicæ in Piburgk & Pelheim in manu Episcopi ATTONIS oblatae sunt, & tres aliæ Ecclesiæ, scilicet Wilgen, Heglingen, & Perge, mediante iustitia ab eodem obtentæ sunt. Item sub illo Attone Episcopo, & sub Arnone Archiepiscopo Salisburgensi habita est Synodus Episcoporum, Abbatum & cæterorum Clericorum Salisburgæ propter decimas populorum, quæ afferantur ad Ecclesias: vbi ex autoritate Sacrorum Canonum determinatum est, quatuor portiones de eisdem fieri, scilicet vnam Episcopo, alteram Clericis, tertiam pauperibus, quartam fabricæ Ecclesiæ, ea ratione vt vterius exinde nulla discordia inter illos deinceps maneret. Item Ecclesiæ in Rottenpach, item Filsa, & Teutenkouen, & Dorffen. sub eodem traditæ sunt Frisingensi, & aliæ &c. *Ad hunc Attonem referenda videtur Ducis Tassilonis donatio quam lib. Tradit. refert sequentibus verbis.*

IN Dei nomine. Ego Tassilo Dux Bauariorum, vir illustre compunctus de diuina misericordia, atque de æterna beatitudine, valente cum consensu optimatum Bauarorum dono atque transfundendo locum nuncupatum Intic, quod vulgo campo Gelavy vocatur, Attoni Abbati ad ecclesiam sancti Petri Apostolorum Principis seu cæterorum Apostolorum atque martyrum, pro remedio animæ meæ seu antecessorum meorum in ædificatione monasterij, atque ipsius seruitio Armo qui vocatur Tesido, vsque ad terminos Selauorum, id est, ad riuium montis Anarasi totum atque integrum, campestria seu montana, pascua, venationes, insecta seu fructa ad eadem pertinentia, vt nullus deinceps ^{in ceteris} genitorum hominum queat nec vsurpando presumat quolibet ingenio aut querimonia oriente vilo modo inquietare locum atque habitantes in eo predictum Abbatem Attonem nec posteros eius. quod manu propria vt potui characteres chirographi inchoando depinxi coram iudicibus atque optimatibus meis, quod & ipsa loca ab antiquo tempore inanem atque inhabilem esse cognouimus, nunc vero postulanti ac humiliter supplicanti audiui, & propter incredibilem generationem Selauorum ad tramitem veritatis deducendam concessi, & hilari vultu tradidi per presentes apices, vt nullus quod fieri minimè arbitror, ex heredibus meis, seu quolibet opposita persona, quæ hanc contra epistolam ^{quæ dicit} donationis ire & infringere volt iram dei incurrat & omnium sanctorum.



Signum manus meæ propriæ Tassilonis donante atque confirmante. Actum in Bauzano rediente de Italia, Anno Ducatus eius XXII.

M. S. Catalogus: HITTO Canonicus electus est in Cathedram Episcopalem Frisingensis sedis Anno Domini DCCCXII. Hic vir venerabilis Hitto, dilectus Antistes, per singulas quasque suæ diocæsis Ecclesias sibi populū Dei commissum prædicauit.

dicando, docendo, siue etiam confirmando, vt sempiternæ feliciter & beatè immortalitatis particeps esse mereatur, profectus est. Ipse etiam ad utilitatem domus S. Mariæ, diuina clementia admonitus, iussit ædificare Ecclesiam in propria hæreditate, in loco qui dicitur Høfeshausen, quam & consecrauit. Similiter tradidit res suas, quas comparauit vel acquisiuit in Azzling & Holze, & alias ad domum S. Mariæ ad Frisingam, vbi electus & pretiosus in corpore requiescit Confessor Christi CORBINIANVS, vt memoria eius multis temporibus in domo S. Mariæ & S. BENEDICTI confessoris permaneat, & vt oratores sui, videlicet Monachi & Episcopi successores huiusmodi possideant. Item HITTO venerabilis Antistes Anno Domini DCCCXXXIII. Romam peruenit, quem Papa Gregorius quartus honorabiliter suscipiens SS. Alexandri atque Iustini corporibus, ac alijs multis reliquijs eum gloriose remunerauit. quibus Hitto decorauit Ecclesias. Præfuit an. XXV. obiit an. domini DCCCXXXVI. Idus Decembr. sepultus in crypta Frisingæ.

- m. ERCHENBERTVS) *M. S. Catal.* Anno Dominicæ incarnationis DCCCXXXV. Erchembertus Nepos Hittonis Episcopi ad Frising. sedem sublimatur, Eodem anno quidam Straspath in capsam S. Mariæ ad Frisingam tradidit coram Erchemberto Episcopo. Item, quidam Nobilis Ratold. verbis domini, quibus in Euangelio dicit; thesaurizate vobis thesauros in cælo, vbi nec erugo, nec tinea, &c. demolitur compactus atque confusus, tradidit in capsam S. Mariæ, & in manus venerabilis viri Erchemberti Episcopi, quicquid habuit, in Tagelfinga scil. & in alio loco ad Tramsdorff, & in Huppenheim. Hoc factum est in Tagelfing. Item Strengbrecht presbyter tradidit ad domum S. Mariæ Frisingen. quicquid habuit in Kremershausen. Actum Frisingæ in monte S. Stephani, in Ecclesia vbi requiescunt SS. corpora Alexandri Papæ, atque Iustini confessoris, anno Domini DCCCXLII. Item quidam Nobilis tradidit Enntersdorff & Sconperg ad montem S. Viti, vbi Christi martyres Cornelius & Cyprianus requiescunt. Iste etiam Felix Pontifex fuit castus vsque ad finem vitæ: rexit Ecclesiam ann. XVIII. Obiit ann. DCCCLIII. sepultus in Capella S. Petri, quam ipse construxit in monte Frising. hoc habens Epitaphium.

Est ERENBERTVS hac præsul in æde sepultus,
Atque cõopertus saxo de paupere sculptus.

- n. *Pruschius hunc ad Abbatiam Campidonen. vnâ cum Episcopatu gubernandam acersitum refert; & ponit in ordine quartum Abbatem, sub nomine, Adelbertus.*
- n. ANNO] *Catal. M. S. sic.* ANNO VIII. Episcopus eligitur Anno Domini DCCCLIII. Hic vineas Ecclesiæ Frisingen. per malorum inuasiones vsurpatas recuperauit, hoc factum est in publica synodo. Item, quidam presbyter nomine Marcus omnia sua, quæ habuit ad Inholffeshausen pertinentia, tradidit ad Frisingen. Ecclesiam in monte S. Stephani, vbi ossa cum puluere SS. Alexandri & Iustini honorabiliter humata cernuntur. Acta anno Domini DCCCLX. Item anno Incarnationis Domini DCCCLXXV. quidam vir nobilis, nepos Annonis Episcopi, tradidit B. Virgini Mariæ quicquid habuit in Hall. Item ipse præsul Ecclesiam suam Frising. bonis hæreditarijs suis in Raim & Hall dirauit: præfuit an. XXI. Obiit VII. Idus Octobris Anno Domini DCCCLXXIII.
- o. ARNOLPHVS] *In M. S. Catalog. sic legitur* Nonus Episcopus Arnolphus præficitur Anno Domini DCCCLXXV. Hic fuit benedictus & religiosus, omni populo acceptus & honoratus &c. præfuit ann. VIII. Obiit anno DCCCLXXXIII. vndecimo Cal. Octobr.
- p. WALTHON.] *De hoc Catalogus sic refert:* Waltho Episcopus decimus præficitur anno DCCCLXXXIII. Hic conquisiuit ab Arnolpho rege in Schlauo-

nia partibus duas Capellas cum omnibus appendiciis suis, vulgo Liurna & Wert vocatas, ad S. Dei genitricis Mariæ Ecclesiam Frisingen. perpetualiter consistendas. Dehinc etiam impetrauit Mospurck ab eodem rege, cum omnib. adiacentib. bonis, Anno Domini DCCCXCV. Actū Mofaburck, postea sal in Salina. Ann. DCCCXCVIII, combusta est sub eodem Walthone Episcopo Ecclesia Frisingen. peracta combustione idem præsul ad instaurationem eiusdem Ecclesiæ impetrauit à Ludouico Rege, filio Arnolphi Feringen, cum pertinentijs suis. Item S. Corbinianus apud Pipinum Regem impetrauit plebi, vt familiæ suæ sententiam inter se eligendi Episcopos, & huius electionis securitatem scripto regalis præcepti firmitatem obtineret. Similiq̄ue modo omnes pastores eiusdem sedis, penes Rom. Reges & Imperatores eandem electionis securitatem vsque in tempus huius Walthonis Pontificis obtinuerunt. Tempore autem suo accidit casus, vt domus Dei ignium succensione combureretur, eisdem sic prædictis præceptis pariter combustis. His peractis prædictus Walcho impetrauit à Ludouico Rege prioris præceptionis renouationem & roborationem; & vt eius Episcopatus plebs & familia deinceps securam habeant potestatem inter se eligendi, regia potestate concessit, & firmiter iussit, Anno DCCCCV. Hic etiam Waltho præsul bona plura Ecclesiæ suæ fecit & obtinuit. Præfuit XXII. an. Obiit an. DCCCCV. XV. Cal. Maij.

Not: Hic Episcopus WALDO, vnacum alijs Episcopis Bauaria scripsit ad Ioan. PP. quas liter. 25 vid. supr. fol. 25.

De hoc ipso Walthone Episcopo loquitur Diploma Ludouiciregis subsequens.

IN nomine sanctæ & indiuiduæ trinitatis Ludouicus diuina fauente clementia rex. oportet etiam regiam dignitatem omnibus beniuolam existere precipue cum hijs, qui diuinis manciantur obsequijs. Vnde notum fieri cupimus omnibus sanctæ Dei ecclesiæ fidelibus presentibus videlicet & futuris qualiter sanctus Corbinianus Frising. ecclesie episcopus apud antecessores nostros suo interuentu impetrauerat, plebi & familie sue licentiam inter se eligendi Episcopos post sue euocationis tempus, & huius electionis securitatem scripto regali preceptorum firmari rogauit, suamq̄ue petitionem apud eos retinere promeruit. Simili modo omnes pastores eiusdem sedis per ordinem penes antecessores nostros eandem electionis securitatem vsque in ipsius Waltonis dilecti episcopi nostri obtinuerunt: Tempore autem suo accidit casu vt domus sua inibi in honore domini & sanctorum eius constructa, ignium succensione combureretur, eisdem supradictis preceptis pariter combustis, hijs itaq̄ue peractis prædictus Walto commemoratæ sedis pontifex per interuentum fidelium nostrorum Hattonis videlicet & Dietmari archiepiscoporum, nec non aliorum Episcoporum Erchampoldi scilicet, Adalberonis, Zacharie & Deotoloh Comitum vero, Ottonis, Purchardi, Adalberti, Luipoldi, Purchardi, Sighardi, Cumpoldi precatu est clementiam nostram, vt supradictæ familiæ & clero iuxta priorem confessionem nostram aut * Comunitate assensum preberemus inter se eligendi episcopum & priora precepta per nostri precepti renouationem roborarem. Nos igitur eorum salubri consultui & petitioni libenter annuimus hoc quoq; præceptum inde conscribi iussimus per quod regia auctoritate sancimus atque firmiter iubemus, vt eius episcopatus plebs & familia ab hodierno die & deinceps securam habeant potestatem inter se eligendi episcopum, si talem inter se inuenire queant, qui generositate nec non pericia literarum & probitate idoneus sit diuinum seruitium regere & regalia obsequia prebere. Si autem talis inter eos nequeat inueniri, infra regiam curtem illis aptum quen-

dam eligant. Et hoc concessionis nostræ preceptum firmum atque stabile
 persistat, manu nostra illud firmavimus & sigillo nostro consignari iussimus. Si-
 gnum domini Ludvici serenissimi regis, Ernustus Cancellarius ad vicem Teot-
 mari archicapellani recognoui, data VIII. Idus Iunij Anno domini DCCCCVI.
 Ind. VIII. Anno regni Ludvici VII. Actum in loco Holtzkircha in nomine
 Domini, Amen.

*Diploma Arnulphi Cæs. licentiam Salis vehendi continens: cuius
 mentionem facit D. Hundius.*

IN nomine sancte & indiuidue trinitatis Arnolfus diuina fauente clementia
 Imperator Augustus frerū transeuntium è quibus diuina pietate ac parenti
 magnanimitate preteritis sublimati ac coronati simus aliquam particulam ad
 suffragia sanctorum Dei capescendi disponamus non solum actione sed etiam
 contemplatione vite eterne à Deo omnipotente & sanctis eius inde omnino
 prouenire liquido credimus. Quapropter omnium sancte Dei ecclesie fide-
 lium nostrorumque tam presentium scilicet quam futurorum cognoscat in-
 dustria, qualiter admonitionibus & petitionibus nos Odae dilecte coniugis no-
 stre & Engilmari venerabilis episcopi nostri, quasdam res proprii iuris nostri
 sancte Dei genitrici M, sanctoque eius confessori Corbiniano, ad quorum lau-
 dem & honorem Frisingensis ecclesie episcopatus constructa ac dicata dinosci-
 tur, cuius nunc Waldo fidelis ac dilectus Episcopus noster pastor bonus ac re-
 ctor optimus visus est, illuc ad Dei seruitia, sanctorumque eius ibi quiescen-
 tium perpetualiter retinendum atq; habendum in proprium concessimus hoc
 est sal, quod ab hac die deinceps vel à farraginibus aut locis farraginibus vel de
 arcis eiusdem iam dicte ecclesie redimatur, vt homines iam prefate ecclesie li-
 centiam habeant hoc sine muta siue nauigio siue cum ceteris afferre quodcumq;
 eis iubetur, sine vlla alicuius iudicarie potestatis contradictione. Iussim⁹ quoq;
 hanc presentem auctoritatem nostram inde scribi per quam volumus vt sciant
 omnes fideles qui hoc ad iam dominicam casam per donatum habemus obre-
 cordationem nostram & omnium antecessorum nostrorum, & hoc vt verius &
 certius ab omnibus Christianis credatur; manu propria sub eam roborantes an-
 nuli nostri * insigniri iussimus. Signum Domini Arnolphi inuictissimi Augusti,
 Wilhingus Cancellarius ad vicem Tethmari recognoui. Data Idus Decembr.
 Anno Domini DCCCXCVIII. Indict. I. Anno verò pijssimi regis Arnolphi
 XI. Imperij autem III. Actum ciuitate regia feliciter, Amen.

*farragini-
bus*

*fort. in
presens*

Liburna

IN nomine sancte & indiuidue trinitatis Arnolfus diuina fauente clementia
 Rex, Si erga loca diuinis cultibus mancipata curam gerimus, & aliqua potesta-
 tis nostre eis impenderimus subsidia pro eterna addipiscenda salute hoc nobis
 non ambigimus esse profuturum. Quapropter omnium Christicolarum pate-
 scat agnitioni quomodo nos pro diuine remunerationis emolumento nec non
 ob interuentum Waldonis sancte Frisingensis sedis præfulis quondam venera-
 bilis nostri capellani in Sclauonie partibus ad curtem nostram que Liburna
 vocatur consistentem, quamque Wangus capellanus noster in beneficium te-
 nuit, cum appendicijs suis ad præfatam sancte dei genitricis virginis M. eccle-
 siam electumque Christi confessorem Corbinianum qui ibi corporaliter requi-
 escit, nec non ad sanctos dei martyres, Primum videlicet & Felicianum quorum
 in eis partibus in loco qui vulgo Wert vocatur consecrata micat ecclesia perpe-
 tualiter consistendam tradidimus cum curtibus & edificijs familijs ac manci-
 pijs,

piis decimis, Censibus cultis terris cultis & incultis, agris, pratis, pascuis, siluis aquis aquarumque decursibus, molinis piscationibus, viis & inuis, exitibus redditibus, questis & inquirendis vniuersis quod legaliter ad ipsam Capellam, pertinere censetur & iussimus hunc presentem muneris nostri titulum inde conscribi, firmiter imperantes vt eadem capella cum vniuersa integritate sua ad prælibatam principalem diocesis sue sedem nostris futurisq; temporibus pertineat, atq; persistat ita vt circa res eiusdem ecclesie perhenni veluti de ceteris episcopi sui rebus semper vtantur arbitrio, quidquam inde facere voluerint sine vllius obstaculo. Et vt hoc verius credatur, diligentiusq; ab omnibus conseruetur, manu nostra subtus hoc idem roborantes preceptum annulo nostro iussimus insigniri. Signum Arnolphi pijsissimi Regis. Engilpert Notarius ad vicem Teotmari archicapellani recognoui; Dat. XII. Kal. augusti anno incarnationis domini DCCCXCI. Indiēt. VIII. Anno regni Domini Arnolphi regis IV. Actum ad Mathahoue curte regia, in dei nomine feliciter Amen.

IN nomine sancte & indiuidue trinitatis Arnolfus diuina fauente clementia. Rex. Notum sit omnibus sancte dei ecclesie fidelibus tam presentibus quam futuris qualiter nos pro mercedis nostre augmento, & per interuentum dilecti & venerabilis episcopi nostri Engelmariciuidam femine Irmberch nominate, quædam res iuris nostri de beneficio filiorum eius Adalperti videlicet & Kagahardi in pago qui dicitur ad perge in loco * Murâ nuncupato hobas II. & in alio loco Dui-podorf dicto hubam I. in proprietatem concessimus cum curtibus & edificijs & XV. beneficijs, campis, agris, pascuis, pratis, siluis, terris, cultis & incultis aquis, aquarumq; decursibus, molendinis, piscationibus, vijs & inuis, exitibus & redditibus, mobilibus & imobilibus, questis & inquirendis, & cum vniuersis rebus iuste legitimeq; ad ipsas aspicientibus. Iussimus quoq; hoc presens auctoritatis nostre preceptum inde conscribi, per quod volumus firmissime imperantes vt iam dicta femina nunc deinceps omni tempore ex prescriptis rebus liberrimam habeat potestatem possidendi, tenendi, donandi, vendendi vel quidquid sibi exinde in omnibus placuerit faciendi, absque alicuius persone contradicentis obstaculo. & vt hec largitionis nostre auctoritas firmiori in perpetuum solidetur robore, diligentiusq; semper obseruetur à nostris fidelibus, manu nostra subtus eam firmauimus, & annuli nostri impressione sigillari iussimus. Signum domini Arnolphi largissimi regis. Engilperh notarius ad vicem Dietmari archicapellani recognoui Data IV. Non. Octobris, Anno Dominice incarnat. DCCCXCII. Ind: X. anno vero V. regni domini Arnolphi regis Actum Lentinkouen in dei nomine feliciter.

IN nomine sancte & indiuidue trinitatis. Arnolfus diuina fauente clementia. Rex. Si erga loca diuino cultui mancipata curam gerimus, & aliqua eis pietatis nostre impenderimus subsidia, pro eterna adipiscenda salute hoc nobis non ambigimus esse profuturum. Quapropter omni patefcat Christicolarum agnitioni quomodo nos pro diuine remunerationis emolimento nec non ob interuentum Waldonis sancte Frisingensis ecclesie presulis quondam iuris nostri capellam in Sclauinie partibus ad curtem nostram quam Lubnia, vulgo Lurna vocatur, consistentem, quam Zacharias papa ob hereses quasdam illis in partibus obortas, necandas illò veniens, Iohanne Aquilegen. presule assistente, in honore sancti Petri consecrauerat, Pipini Regis ob amorem, cum omnibus appendicijs suis ad prefatam sancte Dei genetricis ecclesiam, electumque Christi confessorem Corbinianum, qui ibi corporaliter requiescit, perpetualiter consistendam tradidimus, cum curtibus & edificijs, familijs atq; mancipijs, decimis vtraq; Tharui fluuij in parte ad ipsam capellam antiquitus

termini-

* Requir-
hardi
* f. Mump-
raun

terminatis censibus terris cultis & incultis agris, pratis, pascuis, siluis, aquis aquarumque decursibus molendinis piscationibus vijs & inuijs, exitibus & redditibus, quæsitis & inquirendis vniuersis, quæ legaliter ad ipsam capellam, pertinere censentur, & iussimus hunc presentem muniminis nostri titulum inde conscribi firmiter imperantes vt eandem capellam cum vniuersa integritate sua ad prelibatam principalem sedem Diocesis sue nostris futurisque temporibus * pertineat atque consistat. vt ita rectores eiusdem ecclesie perhenni semper vtantur arbitrio quidquid inde facere libuerit sine vllius obstaculo. Et vt hoc verius credatur diligentiusque ab omnibus conseruetur, manu nostra idem, roborantes preceptum annulo iussimus nostro insigniri. Signum Arnolphi pifsimi regis Engilbert notarius ad vicem Dietmari archicapellani recognoui. Data XII. Kalend. augusti anno incarnat. DCCCXCII. Ind. VIII. anno regni domini Arnolphi regis IV. actum Mathahouo feliciter Amen.

IN nomine sancte & indiuidue Trinitatis Ludvvicus diuina fauente clementia Rex. Si erga domus Dei nostre liberalitatis munificentiam pijs incitati studijs ostenderit & oportuna terre * *f. terrana* commoda more paterno eis conferimus suffragia non solum ad temporalem regni diuinitus nobis collati profectum, verum etiam ad eternitatis gloriam patrocinijs sanctorum nos inde beari atque trueri non ambigimus. Idcirco omnibus Christiane religionis fidelibus presentibus simul patefcatur & futuris. Quo Waldo reuerendus Frisingen. ecclesie episcopus nostram adiit mansuetudinem damnum combustionis quod ecclesie sue culpis exigentibus nouiter acciderat conquirendo obnixè supplicans vt aliquid consolationis supplementum ad restauracionem eiusdem ecclesie sibi largiremur. At nos gratuita benignitate queremoniam illius pro Christi amore & sancte genetricis sue semper virginis Marie venerationem conspicientes & intercessione fidelium nostrorum Dietmari archiepiscopi Zacharie episcopi Tittonis episcopi Luipoldi Illustris comitis & cari propinqui nostri Sigihardi etiam * *Cunipoldi* Cunipoldi Ingrini atque Meginhardi comitis cum reliquorum, conspectui nostro assistentium procerum communi omnium consilio pie annuentes curtem quandam Veringa nuncupatam, cum pertinentijs suis quam venerabilis mater nostra Otatali tenore à beato genitore nostro Arnolfo Cesare augusto obtinuisse constat, & in presentia fidelium nostrorum in manu regalitatis nostre reddiderat, iure auctoritatis nostre ad * *fort. prafazam* factam ecclesiam nomine sancte genetricis Dei Marie dedicatam vbi electus Dei confessor Corbinianus corpore quiescit in diuorum commemoratione antecessorum nostrorum matrisque nostre, & pro remedio anime nostre, & diuturna profectus nostri felicitate eternaliter, in proprium delegamus cum curtibus & casis alijsque edificijs familijs vtriusque sexus mancipijs pascualis Sindmannis, hengistnotis, censibus, campis, agris, pratis, pascuis, siluis, aquis, aquarumque decursibus, molendinis, piscationibus, vijs & inuijs exitibus & redditibus quæsitis & inquirendis terris cultis & incultis vel quicquid in hodierno die eadem curtis rite * *inuisita* inuestitura, retinet, hæc autem omnia in omnibus ad ipsam curtem legaliter pertinentibus per hoc auctoritatis nostre preceptum de nostro iure, in ius & potestatem sacrosancte Christi matris ecclesie prefate donamus, tradimus atque firmamus. Eo rationis tenore, vt iam dictus honorabilis episcopus eiusque successores sicut de ceteris ipsius episcopi rebus liberam pro vtilitate ecclesie perhenniter habeant potestatem quidque inde faciendi absque vllius molestia vnde tamen eundem episcopum cum subiecto clero pro nobis & antecessoribus nostris attentius dominum exorare

raredeet. Et theca auctoritas nostra per cuncta mundi labentis curricula fir-
miori solidetur stabilitate, manu nostra subtrus eam roborantes, annulo nostro
iussimus sigillari. Signum domini Ludvici gloriosissimi Regis, Engilperh
notarius ad vicem Dietmari archicapellani recognoui, Data IV. non Octob. an-
no incarnationis domini DCCCXCII. Ind. VII. anno vero regni pijissimi re-
gis Ludvici IV. actum Regina in dei nomine feliciter Amen.

OTTO.] *M. S. Catalog.* Oto Episcopus Frisingen. fuit vir honestæ vitæ. præ- q.
fuit an. I. Obiit Prid. Cal. Iulij & de quo sic versificatur:

Vto manens vno venerandus episcopus anno,

Corruit in fata superis anima satiata.

DRACOLFVS.] *M. S. Catalog.* DRACOLEVS XII. Episcopus Frisingen. r.
Hic tepidus Episcopus, malo ex instinctu, subtraxit, vt fertur de Ecclesijs
Frisingen, Mosburck, Yfen & Schöffilaren, fere CCC. libr. denar. & indignè
rexit XX. annis: post hæc submersus est in Danubio in die S. Urbani. An. do-
mini DCCCCXXVI.

In nomine sancte & indiuidue trinitatis. Arnolfus diuina ordinante providen-
tia dux Baioariorum & etiam adiacentium regionum omnibus episcopis mi-
lilibus & regni huius presentibus, quidquam enim beneuolentie & gratie in dei
cultores nostrorum oratores ostendimus, totum hoc nobis ad eterne vite aug-
mentum * presentis regni ad miniculum. liquide credimus esse profuturum.
quapropter scire nos volumus quod Chuno fidelis & assiduus orator noster,
videlicet Frising: ecclesie Chorepiscopus nostram interpellauit clementiam,
quatenus complacitationem inter Dracolum episcopum & inter se factam no-
stra auctoritate & conscriptione, atque sigilli conclusionem firmaremus, cuius
petitioni & voluntati ob eius fidem & continuam orationem aurem accom-
modauimus, & viscera pietatis ostendimus, & que precatus est implere cura-
uimus, remisit enim Chorepiscopus & aduocatus suus Sighardus propriam ab-
batiolam suam Moleburch nuncupatam ad ecclesiam beate M. semper virginis
& ad ecclesiam Sancti Corbiniani confessoris in manus prefati Episcopi & ad-
uocati sui Kebolfi ea ratione & tenore quantus ille quidquid eodem tempore
de episcopatu in beneficium haberet, deinceps vsque in finem mortalis vite sue
* vlla contradictione & molestia possideret, quod & ita tradente eodem Epi-
scopo & aduocato suo factum, & secundum morem firmatum est. Insuper vero in
* eodem Frisingen villa eiusdem rei causa Colon. I. I. cum habitationibus suis
ab eodem episcopo in proprietatem accepit, de eadem vero abbatiola curtem
1, hubilam vocatam cum omnibus ad illam pertinentibus adquisitis & acqui-
rendis, nec non beneficium vnum pene desertatum Suanahilcadorf nominatum.
Cetera vero que in eadem complacitatione sunt facta in exemplo dein-
scripta inueniuntur. Complacitatio facta est in publica synodo coram clero &
omni populo & multis testibus sicut mos est, per aurem conductis firmata
est, anno domini DCCCVIII. Idus Septembris anno episcopi II. incipienti,
Chor. episcopi vero VI. & incipiente VII. Nos vero vt prefati sumus eius preci-
bus annuentes, iussimus ei hoc preceptum auctoritatis nostre prescribi, & vt
perfutura tempora melius credatur, & firmiter obseruetur, Sigilli nostri im-
pressione insigniri fecimus. vnde volumus & firmiter statuimus vt idem Chor-
episcopus vsq; in finem instantis vite nullo inquietante vel contradicente quod
complacuit feliciter possideat & quomodolibet ordinabiliter faciat.

Wolframus.] de quo Frisingensis Catalogus sic enarrare pergit.

WOLFRAM.

* abis, de-
est, vel ali-
quid tale.

WOLFRAMVS XIII. Episcopus factus anno Domini DCCCCXXVI. Huius venerabilis rogatu Episcopi Berchtoldus Bauariæ Dux, & frater suus Arnolphus proprietatem B. Christi confessoris Corbiniani ad Mayes & Chorzes & Chaines priscis operib. iniuste ab Ecclesia eadem ablatam, ac per quondam Regis Henrici I. præceptum, in manus Prædicti Episcopi perpetualiter possidendam Parauizæ remiserunt. Hic præclarus Pontifex suum curtiferum cum Huba in Perghausen tradidit ad altare S. Pancratij in cripta tali conditione, vt aliquis de fratribus in obedientia illud suscipiens, Missas prout possibile sit, celebret, vel celebrare faciat ad idem altare. Nec non in anniuersario præfati Episcopi, congruum fratrib. exhibeat seruitium; & plura alia bona fecit. Præfuit. an. XII. & Obiit V. Idus Iulij, Anno Domini DCCCCXXXVIII.

De bonis & possessionibus Frisingensis Ecclesie in Maijs &c. quorum hic sit mentio, Henrici I. siue Aucupis, Othonis M. progenitoris tale repertum Diploma exhibemus.

IN nomine Sancte & indiuidue Trinitatis, Henricus diuina fauente clementia Rex diuine igitur auctoritatis innumerabilibus prouocatur exemplis inutile terrenum spernere negocium, & perpetue felicitatis adunare substantias, quas erugo & tinea demoliri nequeant, nec fures effodere & furari. Idcirco nouerint omnes fideles nostri tam presto manentes quam etiam futuro tempore succedentes qualiter nos rogatu fidelis nostri videlicet Wolframii Frisingen. ecclesie Episcopi prædicti à sancto Corbiniano quondam comparatū & à Monasterio in ipsius honore constructo hætenus iniuste ablatam in ius proprietatemq; præfati Monasterij per hoc nostre auctoritatis præceptū remittimus perpetualiter possidendum, hoc est Maies, Chortes & Chames & quicquid ad hoc iure & legitime pertinere videtur, tam terris quam domibus, mancipijs, pratis, pascuis, siluis, aquis aquarumq; decursibus, mobilibus vel immobilibus vel quidquid dici aut nominari potest, quæ sita esse dinoscuntur in pago Venusta in comitatu Perchtoldi. Et vt hoc firmiter credatur diligentiusq; in contaminatū obseruetur, hæc nostri corroborationem præcepti inde conscribi iussimus manusq; confirmatione indita annuli nostri impressione sigillari præcepimus. Signum domini Henrici serenissimi Regis. Popo Cancellarius ad vicem Hildiberti archicapellani recognoui. anno incarnat: DCCCCXXXI. Indiēt. IV. XVIII. Kal. Maij, anno Imperij Henrici regis XII. actum in Quintilnburg feliciter Amen.

Quintilnburg.

LAMPERTVS] De hoc Catal. M. S. sic habet. Anno à Christo nato DCCCCXXXVIII. electus fuit Episcopus venerandus Lambertus. Hic traditionem Abbatialem Mosburk ab Arnolpho Rege cum omnib. iure legitimo ad eam pertinentib. nec non curtis Regiæ Veringæ à Ludouico Rege simili modo illuc delegatæ, impetrauit ab Ottone Rege primo confirmari, vt iure perpetuo ad Frisingense Episcopium pertineant, Anno Domini DCCCCXL. Iste beatus præful fuit bene moratus, doctus & benignus valde, optime præfuit an. XVIII. Obiit An. DCCCCLVII. Nota etiam quod ope huius Lamberti Episcopi, anno à natiuitate Domini DCCCCLV. dum barbara gens Vngarorum graues in Ecclesias Dei tyrannides exercuissent, & in fines nostros ingrederentur, ac Frisingam inuaderent, Deus ita excæcauit eos, vt ab hora tertia Dominicæ diei, qua venerunt, vsque ad sextam horam sextæ feriæ, qua recesserunt (& Ecclesias sancti Stephani & sancti Viti igne vastarunt) apertis oculis montem Frisingæ non vidissent; quod meritis & precibus S. Lamberti ibi tunc præstolantis actum fuisse, piè credendum est.

In

IN nomine Domini & sancte indiuidue Trinitatis Otto. Dei gratiæ Rex, notum esse volumus omnibus sancte Dei ecclesie fidelibus & nostris qualiter venerabilis Frising. ecclesie presul Lampertus nomine nostram adijt celsitudinem deprecans, vt traditiones cuiusdam abbatiolæ Mosburc dicte ab antecessore nostro felicis memorie Arnolfo Rege cum omnibus iure legitimo ad eam pertinentibus, ad prefatam ecclesiam condonate, nec non & cuiusdam curtis regie Veringa à filio eius Ludvico simili modo illic delegate iterum auctoritatis nostre scripto roborare dignaremur. Cuius petitioni per interuentum dilecti ducis nostri Berchtholdi atque aliorum fidelium nostrorum Bauarice regionis principum, Episcoporum, & comitum libenter assensum prebentes, has easdem traditiones nec non & mancipia Ophr. Kerfint, Ilisa, Adalmut cum filijs eorum pridem à regibus illuc tradita sed * quandam machinationem nouiter ad Cameram regiam exquisita prefate ecclesie presulis potestati subiicimus, & per nostre largitionis scriptum renouamus. Iussimus quoque hoc preceptum inde conscribi per quod volumus firmite rque iubemus, quatenus predicta abbatia & curtis regia Veringa nominata ad Frising. Episcopium pertineant iure perpetuo, & à ministerialibus eiusdem Episcopi teneantur & possideantur. Vt autem hec concessio nostra firma sempiterno tempore stabilitatem obtineat, manu nostra roborauimus, annuloque nostro insigniri precepimus. Signum domini Ottonis Serenissimi regis, Poppo cancellarius ad vicem Friderici archicappellani recognoui. Data Kal. Iun. anno ab incarnat. Domini DCCCCXL. Ind. VIII. feria II. Anno autem Ottonis pijssimi regis IV. Actum Salze in dei nomine feliciter Amen.

* fort. dicitur
vlt per

Plura lector reperiet infra sub Rubric. Mosburg.

ABRAHAM] M. S. Catal. ABRAHAM XV. Episcopus Anno Domini u. DCCCCXLII. Frisingen. Ecclesie præficitur. Hic impetrauit Ecclesie suæ ab Ottone Rege primo Gudigam. Ipse etiam ab eodem Imperatore quædam loca in medio Comitatum qui vulgo vocantur Pustrussa Lurno Catabria quæ iniuste à Frisingen. Ecclesia subtracta erant, vt restituerentur, per regale Edictum obtinuit. Item ab Ottone Imperatore obtinuit Chrema, & à II. Ottone impetrauit Chrema Marcha, & Ecclesiam suam multis ornatibus, calicibus, & alijs cindijs dotauit. Ipse quoque Episcopus Abraham ab Ottone II. Imp. Frisingæ obsefus capitur, & in custodiam detruditur, eò quod consensit quod Henricus Dux Bauariæ se in Regem vngi fecit, Anno Domini DCCCCXXIX. Idem etiam Præsul fuit valde diligens circa parochiales Ecclesias suæ diocesis, & interfuit omnib. horis Canonicis in choro ad exemplum aliorum. Hic ædificauit Capellam S. Thomæ in summo templo, & ibi fundauit officium diuinum, ibique sepultus est. Præfuit an. XXVI. Obiit an. DCCCCXCII. Id. Iulij.

Vide originale.

B. Fabulosum esse quod de IVDITHA Arnolphi Boiar: Ducis filia Henrici B. Ducis, Ottonis M. fratris coniuge vulgò narratur, ex Dithmaro Merseburg. Episcopo eius qui scriptore patet, qui libr. 2. (f. 25. l. 18.) sic narrat. Huius (Henrici Ducis) coniunx Iuditha nomine, cum præsens adesset, hanc confessionem, audiuit, & mox viro suimet. moriente, corpus eiusdem in Ecclesiam quam ipse in honorem S. Mariæ semper virginis construxit, cum magno mœrore deposuit: & in quocumque animam eius vnquam deliquisse ipsa sciuit, vel ab alijs comperit, lacrymis ac ineffabilibus emendauit elemosynis. Hæc in viuitate sua continenter. viuens, cum Abraham. Frisingensem. Episcopum præ cæteris diligeret, inuido vulgari dente admodum inculpabilis dilaniabatur. Quæ cum de hac luce migraret, in die depositionis suæ ab eodem.

Not.

M

antisti-

antillite missam cantante, sic expurgatur. Ante communionem is versus ad populum, quæ merita eius fuerint circumstantib. edixit. Hoc inquit, delictum quo diffamata fuit, si hæc vñquam commisit, faciat omnipotens pater filij suimet corporis & sanguinis salutare remedium mihi prouenire ad iudicium, & ad debitam damnationem, animæque eius ad perpetuam saluationem. At tunc cum mentis ac corporis innocentia sum sit vnicum cunctis fidelibus remedium. Credititque populus quamuis sero & cum detractioe iniusta plus ei profuit quam nocere studuit.

Nescio vnde nugæ eiusmodi conquisiuerit Auentinus, nisi rectius quis æstimet, eas ex effrena ipsiusmet Auentini Episcopi & Principes personas criminandi libidine originem traxisse. Eiusdem farina sunt ea, quæ (Boic. R. V. p. 546.) de Henrico Augustano Episcopo. & Agnete Augusti commemorat. verum relinquamus hæc. quib. mendaciæ & falsæ suspiciones sunt curæ.

Sequuntur Diplomata trium Ottonum Imperatorum.

IN nomine sancte & indiuidue trinitatis. Otto diuina fauente clementia Imperator Augustus. Nouerint omnes nostri fideles presentes scilicet & futuri qualiter nos per interuentum dilectæ coniugis nostre Adalhadis nec non equitoci nostri quasdam res nostri iuris sitas in comitatu Taruisiano haud longè à fluuio vallatus & in loco qui dicitur Chuuio qui situs est prope litus brente qui fuit Isaac Iudeo traditus à Witperto & in loco qui dicitur piscatorijs & Vincentino comitatu in circuitu Gudage ultra tria miliaria & in vtraque ripa brente ius Macelli & in eius finibus que inter istos designatos fines iacent que appellantur, deinde terminante in aqua que dicitur Musone, deinde terminante diso & deinde terminante in literno vnde Silus resurgit & de ipsa nominata supra curte gudago terminante & in restio inter istos designatos fines cum pratis, pascuis, vijs & inuijs, exitibus & redditibus, fontibus, aquis, aquarumque decursibus, piscationibus, molendinis, siluis, paludibus, omnibusque rebus iuste legitimeque ad eandem curtem respicientibus, que sitis & inquirendis, ad seruitium sancti Candidi ad inticam magnitudinem nobis satis cari episcopi, Abraham appellati ob remedium anime nostre tradimus. Eo scilicet tenore vt isdem iam dictus episcopus vsque ad obitum sui absque contradictione omnium totum & integrum teneat atque possideat. Postea vero seruitio sancti reintegratum perpetim ibi permanfurum ad inticam redeat atque respiciat, & vt hec nostri Iuris donatio firma stabilisque perseueret hanc cartam conscribi ac sigilli nostri impressione subsignari iussimus. Signum Domini Ottonis inuictissimi Imperatoris Augusti. Lutolfus Cancellarius vice Hattonis archicappellani subscripsi. Data V. Kal. Iunij Anno incarnationis dominice DCCCCLXXII. Indiæ. XV. anno regni XXX. Imperij autem VIII. actum in pruilio Papie.

leg. Inticam

IN nomine sancte & indiuidue trinitatis. Otto diuina fauente clementia Imperator Augustus. Nouerit omnis industria fidelium nostrorum tam presentium quam & futurorum. Qualiter Frising. ecclesie episcopus nostram adiit celsitudinem proclamans se quedam loca in medio horum comitarum constituta que vulgo vocatur pruscha, Lurna, catubria, iniuste & in legitime à præfata Frisingen. ecclesia subtracta. Nos vero per interuentum dilectæ matris nostre Adalhadis & nostri nepotis ducis Henrici suis petitionibus consentientes & quicquid inter hos tres titulos comitatus proprietatis habuimus hoc est vbi ingreditur fluuius pudio Roinzun ex eo loco sursum quæcunque adiacent iurumque

Juriumq; ripis eiusdem fluminis cum comitatu Carubrie inde vsq; ad flumen af-
 falterpach alpes videlicet sic appellatas, veines, à nauanto, valtimunaga, fiscalma,
 Cunizello, Plezzes, serata, praga sexus siue omnia quocunq; vocabulo sint, sira
 inter hos fluminum meatus pudio & rionza, montes, valles, planities, prefate Ec-
 clesie potestatiq; suppositimus per nostre tradicionis scriptum iterum renoua-
 uimus sicut pridem ab antecessoribus nostris regibus illud comperimus. Insuper
 etiam sub panno Imperiali nostro iubemus quidquid deinceps in hijs locis
 nascatur in venacionibus siue piscationibus, vt nullus audeat se absq; licentia
 Episcopi intromittere. Si quis hoc preuaricauerit regium pannum episcopo
 seu aduocato illius persoluat. Iussimus hoc preceptum conscribi, per quod iube-
 mus, vt omnia prefata ad ecclesiam Frisingen. pertineant perpetuo iure. Vt aut
 hec concessio nostra firmam habeat stabilitatem manu nostra roborauimus an-
 nuloq; nostro sigillari precepimus. Signum domini Ottonis inuictissimi Im-
 peratoris Augusti. Willigisus Cancellarius vice Rudperti Archicappellani sub-
 scripsi. Data V. Kal. Iunij anno incarnationis domini DCCCCLXXIII. an-
 no regni domini Ottonis XIII. Imperij autem V. acta Alsteti.

IN nomine sancte & indiuidue trinitatis. Otto diuina clementia Imperator
 Augustus. Nouerit omnium industria fidelium nostrorum tam presentium
 quam & futurorum qualiter per interuentum dilecte matris nostre Adilhaid &
 fidelis nostri videlicet, Henrici ducis quasdam partes nostre proprietatis sitas in
 ducatu prefati Ducis & in comitatu Popenis comitis quod Carniola vocatur, &
 quod vulgo Greina Marcha appellatur, Est enim in ipso comitatu riuulus par-
 uulus, qui vocabulo Sclauorum Subniza vocatur ab exitu illius, vbi oritur statim
 cacumina vel summitates montium occidentalem partem versus vsq; ad Selsa.
 Et hoc ipsum territorium cum omnibus ad hoc pertinentibus, nec non & Alpa-
 mosangam deinde transorizam vsq; ad montem Lubinc. Ipsumque montem ad
 maiorem amnem qui Zoura vocatur, vtramque ripam illius amnis deorsum vsq;
 ad hostium preticulati riuuli Subniza. Indeque sursum vsque ad caput vel exitum
 illius riuuli quidquid inter ipsa confluentia habuisse videantur loca Subniza
 nominata Concafusane iterumque Celsah vel qualicumque vocabulo vocantur,
 hoc totum in proprium quondam nostro fideli nobisque satis caro episcopo A-
 braham vocitato cum omnibus rebus donauimus iure legitimo ad preticulata
 loca aspicientibus, cum curtibus & edificijs, mancipijs, vtriusque sexus si in
 bi nostri viri inueniuntur, agris, cultis & incultis, pratis, pascuis, siluis, aquis, a-
 quarumque, decursibus, molendinis, piscationibus, venationibus, vineis, vijs, &
 inuis, exitibus, & redditibus, questis & inquirendis, mobilibus & immobilibus
 hec omnia vt prescripsimus volumus, vt prefatus Episcopus firmiter teneat sine
 obstaculo vel contradictione vlla, insuper verò vbicumque in illa regione in fo-
 resto nostro siue in quacunque regione pascua porcorum inuenta erunt, sub
 porcis inibi nutritis saginationem habeat. Et vt nullus Comes vel vlla persona
 in aliquo loco se intromittat absque licentia vel iussione prefati Episcopi Abra-
 he aut illius hominis cui Episcopus hoc regendum commisit. Et vt hec nostre do-
 nationis auctoritas firmiter ac stabilior permaneat, iussimus quoque hoc scriptum
 inde conscribi, annuloque nostri impressione sigillari, per quod volumus, firmiterque
 iubemus quatenus prefatus Episcopus liberum arbitrium habeat sibi tenendi,
 commutandi, tradendi vel quidquid sibi placuerit exinde faciendi. Et vt hoc ve-
 rius ac posteris nostris in futurum credatur manu nostra id ipsum subtus robo-
 rantes. Signum domini Ottonis inuictissimi Imperatoris. Willigisus Cancel-
 larius vicem Ruperti Archicancellarij recognoui. Data II. Kal. Iulij anno
 dominice incarnationis DCCCCLXXIII. Imp. VI. actum Tribura.

IN nomine sancte & indiuidue trinitatis Otto diuina fauente clementia Rex.
 Nouerit igitur omnium fidelium nostrorum presentium scilicet & futurorum
 industria qualiter nos dignis & admodum honestis petitionibus dilecte matris
 nostre Theophanie nec non cari nepotis nostri Karentinorum Ducis Henrici
 suppliciter rogati venerabili viro Abrahe sancte Frising: ecclesie presuli nostre
 familiaritati digne adiuncto quandam nostre proprietatis partem in regione
 vulgari vocabulo Threme & in marchia ducis Henrici & in comitatu Waltionis
 * Com. sitam idem vbi riuius Subniza originem subducere incipit, deinde sta-
 tim occidentem versus catiuam montium siluasque interiacentes vsque Wo-
 sanam & sic ad fines earundem alpium, deinde vbi riuius cotabula origi-
 nem sumit vsque ad hunc locum, vbi hostium in Zaura fluuium mittit sicque
 trans Zauram vsque ad summitatem istius montis Zaure adiacentis qui exten-
 ditur orientem versus, & ita per eundem montem per valles vsque ad ca-
 strum quod basilen vocatur statimque de eodem castro vsque in riuium qui
 vocatur Götztehe & cacumina montium ad Zauram respicientia, proindeque
 vbi prefatus riuius australi parte decurrens hostium vadit in Zauram ac sic
 tractum dum Zaura hostium facit in Zanam, ac quidquid inde locorum inter
 * illas proprietates duas sitas est, Abrahe scilicet Episcopi ac Bernardi co-
 mitis excepta Pribirlaum nostra regali traditione sibi donata, hoc
 totum nobis pertinens Abrahe episcopo in proprietatem donare curamus
 ac iuncta ripa Zaurarie quantum extenditur vnus iugeri longitudo vsque
 ad vadum quod vulgo Strefonbrod vocant, ibique vltra eundem fluuium
 occidentem versus vsque in viam que vocatur via tremaiorum, & sursum
 per eandem viam quidquid campi in australi eiusdem vie parte iacet, ita
 * vt premet territorium & siluula que suurska de brouna sub eadem compre-
 hensione teneatur & spacium quod iacet inter premet & Wizelmesceti per
 medium diuidatur, & sic vsque ad prefatum riuium subniza nostra regali
 prouidentia in proprium vsus concessimus firmiterque donauimus cum
 terris cultis & incultis, pratis, pascuis, aquis, siluis, edificiis, aquarumque
 decursibus, ipsoque iam dicto foresto, venationibus, piscationibus, mo-
 lendinis, mobilibus & immobilibus, vijs & inijs, exitibus, redditibus,
 que sitis & inquirendis, & cum omnibus iure legaliterque ad hec pertinen-
 tibus, precepimus etiam & nouiter constituimus eidem loco bannum, no-
 stram a riulo subniza versus occidentem vsque ad finem bosanga. Et
 inde vsque ad iam dictum riuium Chohtablam. Indeque vsque ad in Zoura
 fluuium & quidquid inter hec eadem prefata vndique secus comprehensum
 videtur loca regio Imperatorioque more iubemus eo tenore vt si quis qua-
 rumlibet personarum in quibuslibet iam dictis silularum, vel forestorum
 locis cuiuscunq; generis feras canibus vel qualicumque loco insequitur ban-
 num huius culpa nostro debitum fisco ipsi episcopo omni dubitatione post-
 posita si hoc absque eius fecerit licentia, dominica estimatione persol-
 uat, hec vero & cetera iam dicta tali constat ratione, vt ipse iam dictus epi-
 scopus libero deinceps perfruatur arbitrio omnia hec tenendi, dandi, ven-
 dendi, commutandi, seu quidquid inde voluerit faciendi. Et vt hec nostre
 largicionis auctoritas firmior stabiliorque cunctis sancti Dei filijs perpetim
 credatur hanc cartam inde scribi iussimus, ansuloque nostro signatam ma-
 nu propria subtus eam firmauimus. precepimus etiam vt nullus comes vel
 iudex sine decanus neque alia persona jus habeat se intromittendi absque li-
 centia episcopi aut eius, cuiuscunq; se commendauerit. Signum domini Ot-
 tonis gloriosissimi regis. Hildibaldus episcopus & Cancellarius vice Willigisi
 archi-

archiepiscopi recognoui. Data Kal. Octob. an. dominice incarnationis DCCCXXXIX. Ind. II. anno autem III. Ottonis regni V. actū Franckfurt feliciter Amē.

IN nomine Sancte & indiuidue trinitatis, Otto diuina fauente clementia Rex. Nouerint omnes fideles nostri presentes & futuri qualiter fidelis noster Abraham episcopus obcatibus nostris presentari fecit preceptum beate memorie domini aui nostri Ottonis videlicet Imperatoris Augusti in quo continebatur, quomodo ipse per interuentum dilecte sue conestabalis Adalheidis Imperatricis Auguste care auię nostre, nec non eius equiuoci genitoris nostri quasdam res imperialis iuris sitas in Comitatu Taruifico haud longe a fluuio vallatus & in loco qui dicitur Chunio qui situs est prope litus brente qui fuit Isac traditus Iudeo a Witberto, & in loco qui dicitur piscatoris & vicentino comitatu in circuitu Godege ultra miliare & in vtraque ripa brentenis macelli & in eis finibus, quę inter istos designatos fines iacent quę appellantur a Naine, deinde terminante in aqua quę dicitur Musone, deinde terminante in fluuio disono. * & deinde terminante in Literno vnde filis resurgit & de ipsa curte supranominata Gudago terminante aurillia & deinde terminante inter istos designatos fines cum pratis, pascuis, vijs & inuijs, exitibus & redditibus, fontibus, aquis aquarumque decursibus, piscationibus, molendinis, siluis, paludibus omnibus rebus iuste legitimeq; ad eandem curtem respicientibus, questis & inquirendis ad seruitium sancti Candidi ad Intica in manus sibi satis cari episcopi iam superius Abraham appellati ob remedium anime sue tradidit eo scilicet tenore, vt idem iam dictus episcopus vsq; ad obitum sui absq; contradictione omnium totum & integrum teneat atq; possideat. Postea vero seruitio sancti Candidi reintegratum perpetim inibi permanfurum ad Inticam redeat atq; respiciat, pro rei tamen firmitate, petijt celsitudinem nostram idem iam dictus Abraham Frising. ecclesie episcopus venerabilis, vt nos denuo id ipsum donacionis nostre confirmaremus auctoritate. Nos vero ob dilecte prelibate auię nostre Adilhadis Imperatricis & frequens seruitium quod ipse deuoto animo sepius nobis exhibuit, pie petitioni illius benignum assensum prebentes, eandem curtem Gudago supranominatam cum omnibus rebus illucrite aspicientes eodem tenore sicut superius scriptum habetur & videtur ad ecclesiam sancti Candidi ad Inticam nostre celsitudinis preceptione a nouo donamus, tradimus atq; confirmamus. Ea scil. ratione vt idem iam dictus episcopus vsq; ad obitum sui absq; contradictione omnium omnia hec teneat atq; possideat, & post eius excessum seruitio sancti Candidi ad Inticam perpetualiter ibi mansurum cum omni integritate redeant atq; respiciant. Et vt hec nostri iuris donacio atq; confirmatio firma stabilisq; perseveret, hanc cartam conscribi & sigilli * impressione iussimus consignari, & qui violator huius precepti extiterit, inuitus persoluat mille lib. auri obrizzi, medietatem camere nostre & medietatem prefato episcopo suisque successoribus & ecclesie Intice. Signum domini Ottonis gloriosissimi regis. Hildvvaldus episcopus & Cancellarius vice Wilgisi Archiepiscopi notauit. Data Non. Nouembr. anno dominice incarnationis DCCCXCII. Ind. VI. anno III. Ottonis regnantis IX. actum Dornburc feliciter Amen.

IN nomine sancte & indiuidue trinitatis. Otto diuina fauente clementia Rex. Nouerit omnium fidelium nostrorum tam presentium quam futurorum industria, quemadmodum nos ob petitionem & interuentum dilecti ac fidelis nostri Hainrici Baiuoriorum & Karentanorum Ducis, Saxoni cuidam de nostra proprietate dedimus tres mansos regales in loco vbi Gluzo Sclauts habitare & diruere cepit, sibi inueniatur, si autē numerus eorum ibi ad plenum inueniri non possit, in proximis locis per circuitum ad regium ius aspicientibus

nostra comprobatione & licentia sibi adimplendos concessimus. Si autem in predicto loco quem vulgari lingua nuncupant Gluhengisazi numerus trium regalium mansuum superabundauerit & transcendat totum, quantum paruum siue magnum suo iuri in proprium tradimus, atque eos regales mansos cum omnibus vrensilibus ad eos rite pertinentibus in arcis, edificijs, terris, cultis & incultis, agris, pratis, campis, pascuis, siluis, venacionibus, Zidilvvaide, aquis, auarūq; decursibus, piscationibus, molendinis, vijs & inuijs, exitibus & redditibus, questis & inquirendis cunctis & alijs appendicijs que adhuc dici possunt, ad integrum sibi in proprium tradimus. Ea videlicet ratione vt idem iam dictus Saxo liberam de hinc de prefata proprietate sibi à nobis tradita faciendi quod velit potestatem habeat siue cum tradere vel commutare aut vendere seu magis sibi retinere voluerit. Et vt hec nostra donacio presenti ac futuro tempore firma consistat hoc preceptum inde conscriptum Sigilli nostri impressione signari iussimus, manuque nostra, vt infra videtur, corroborauimus. Signum Domini Ottonis gloriosissimi regis. Hildebrandus Episcopus & Cancellarius vice Willigisi archiepiscopi recognoui. data XVII. Kal. Iulij anno incarnationis Domini DCCCCXCIII. Ind. VI. anno autem III. Ottonis regnantis X. actum in ciuitate * horchusin, feliciter amen.

* f. Nor-
thusin.

Res. Dul-
marci
q. id.

In nomine sancte & indiuidue trinitatis. Otto diuina fauente clementia Rex. Omnium fidelium nostrorum tam presentium quam futurorum nouerit industria qualiter Gotescalcus Frisingensis ecclesie Episcopus quoddam prediolū sue ecclesie jacens in confinio nostre proprietatis orientalis vrbis Cremisa cum omnibus vtensilibus ad idem pertinentibus, consiliante duce Henrico in jus nostre proprietatis manu sua sui que aduocati Anzonis perpetuo consistendum tradidit. Nos autem e contra in eadem Marcha & in comitatu Henrici Comitis, nostre proprietatis VI. regales hubas in loco qui dicitur Zudamaresuel iuxta fluuium qui dicitur Ipisa cum curtiferis, arcis, pratis, pascuis, siluis, saginacionibus, venacionibus, piscationibus, zidelvveida, molendinis, exitibus & redditibus, vijs & inuijs, questis & inquirendis ea omnia, que nos hactenus detinuimus vtilitate ac iuste legitimeque ad easdem hobas pertinente sub presentia fidelium nostrorum in manum prescripti Episcopi tradimus, ea lege & eo tenore vt prefata Ecclesia sancte M. sanctique Corbiniani confessoris & Gotescalcus Episcopus & successores eius sine contradictione omnium hominum ea in perpetuam potestatem possideant. Et vt hec proprietas nostre traditionis nunc & in futuro stabilis & incoeuulsa consistat, hanc cartā inde conscriptam impressionis nostre Sigillo confirmari atque corroborari precepimus, manuque nostra propria, vt infra videtur, secundum consuetudinem regum vel imperatorum eam firmauimus. Signū domini Ottonis gloriosissimi regis. Hildebrandus Episcopus & Cancellarius vice Willigisi Archiepiscopi recognoui. Data Kal. XVII. Sept. anno Domince incarnationis DCCCCXCV. Ind. VIII. anno Ottonis regnantis XII. actum Magdaburg feliciter amen.

Diploma
Ottonis III.
Imp. proxime
supra
fuit relatū.

GOTSCALCVS] M. S. Catal. Hic Anno Domini DCCCCXCIII. Frisingensi Ecclesie præficitur Episcopus. Fecit commutationem cum Rege Ottone III. & dedit illi prædiolum Ecclesie sue in confinio vrbis Cremisa, & accepit ab eodem in Austria sex Regales Hubas in loco qui dicitur Dulmarfeld iuxta flumen quod dicitur Ipisa, cum omnibus legitimè ad easdem pertinentibus, an. CMXCVI. Impetrauit quoque ab Ottone III. in Austria in loco dicto Nūenhouen cum eadem XXX. regales Hubas, cum terris, cultis, & incultis ad seruitium S. Mariæ Frisingen. Ecclesie. Item S. Henricus Imp. prædium Stra-
sist.

fiſt. in Carniola Friſing. Eccleſiæ cum omnibus appendicijs in proprium donauit. Anno Domini M. II. Sequenti vero idem Rex tres villas, Hezingam, iuxta fluuium Trannach, Staralaſum, Fridringa, cum omnibus earum pertinentiis tradidit præfato Gotefcalco: poſt obitum vero illius in uſumfructum Friſingenſ. in locis Weiheſtephen & S. Vito ſeruientium, cum omni integritate & æqua diuiſione. Et præfuit an XII. ferè, obiit an. Domini M. V. ſexta die menſis Maij.

IN nomine ſanctæ & indiuidue trinitatis Otto diuina fauente clementia Rex. nouerit omnium fidelium noſtrorum tam præſentium quam futurorū induſtria, qualiter nos conſenſu & conſilio Episcoporum & laicorum aſtantium ipſiusque S. Apoſtolici Gregorij, Romanorum, Francorum, Baioariorum, Saxonum, Sueurum, Lotharingorum, ob remedium anime noſtre noſtrorumque parentum, nec non & interuentum, ad petitionem Gotefcalci Friſingen. Eccleſiæ Episcopitalem utilitatem ad tantum honorem idem mercatum, omni die legitimum moneta ratiſponenſem intentia conſtrui & ad prime inceptari conſeſſimus. Thelonium autem exinde reſpicientem ſuper gremium ſanctæ Dei genetricis M. ſanctique Corbiniani pro ſalute corporis noſtri imperialiſ banni diſtrictione firmiter ſancimus, ſed ea lege atque tenore, vt præfata Eccleſia ac idem Episcopus prætitulatus & omnes eius ſucceſſores hanc utilitatem & honorem in ſinem vtque ſeculi feliciter obtineant. Et vt hec noſtre poteſtatis traditio nunc & in futuro ſtabilis & inconuulſa perſeueret, hanc cartam inde conſcriptam impreſſionis noſtre ſigillo confirmari atque corroborari ſtatui- mus, potenterque precepimus, noſtraque manu propria vt infra videtur ſecundum conſuetudinem regum vel imperatorum hoc ſigno eam ſignauimus. Si- gnum domini Ottonis glorioſiſſimi Imperatoris. Hildyvaldus Episcopus & Can- cellarius vice Willigiſi Archiepiscopi recognoui. Data XI. Kal. Iunij. anno Dominice incarnationis DCCCCXCVI. Indiſt. VIII. anno autem III. Ot- tonis regnantis XIII die imperialiſ conſecrationis eius. Actum Rome felici- ter Amen.

IN nomine ſanctæ & indiuidue trinitatis. Otto diuina fauente clementia Rex Auguſtus, nouerit omnium induſtrie fidelium noſtrorum tam præſentium quam futurorum, qualiter nos dignis petitionibus dilectiſſimi nepotis noſtri Baioariorum ducis Heinrici annuentes, quaſdam noſtri iuris res in regione vulgari nomine Oſſirrichi in Waccha & in comitatu Hanrici comitis filij Luitpaldi Marchionis in loco Nuiuanhoua dicto idem cum eadem curte in proximo con- finio adiacentes XXX. regalés hobas cum terris, cultis & incultis, pratis, pascuis, ſiluis, edificijs, aquis, aquarumue decurſibus, venacionibus, & Zudulveden, piſcationibus, molendinis, mobilibus & immobilibus, vijs & inuijs, exitibus & redditibus, queſitis & inquirendis omnibusque iure legaliterque ad eaſdem hobas pertinentibus ſuper gremium Friſing. Eccleſiæ ad ſeruiſium ſanctæ M. ſanctique Chriſti conſeſſoris Corbiniani atque Pontificis, cui nunc fidelis noſter Godelſcalcus venerabilis præſidet Episcopus in proprium atque perpetuum uſum conſeſſimus, firmiterque noſtri imperiali potentia eo modo eoque tenore, vt eadem præfata Friſingen. Eccleſia, idemque prædictus antiſtes Gotefcalcus omnesque ſucceſſores libero deinceps arbitrio hec omnia tenendi com- mutandi & quidquid voluerint inde faciendi. Et vt hec noſtre donacionis au- ctoritas firmiter ſtabilisque cunctis Dei ſanctæ Eccleſiæ filijs perpetim credatur, hanc cartam inſcribi iuſſimus, annuloque noſtro ſignatam manu propria ſubtus

eam firmauimus. Signum Dñi | Ottonis inuictissimi regis Augusti Hildibaldus
Episcopus & Cancellarius vice Willigisi Archicancellarij notauit. Data Kal.
Nouemb. anno Domini DCCCCXCVI. Ind. X. anno autem III. Ottonis re-
gnantis XIII. Imp. verò I. actum in Bruchfelle feliciter Amen.

IN nomine sancte & indiuidue Trinitatis. Henricus diuina fauente clementia
Rex. notum sit omnibus fidelibus nostris presentibus & futuris qualiter nos
interueniente dilectissima nobis coniuge & regnorum consorte Chunigunda
venerabili Frising. Ecclesie præfule Gotescalco suppliciter postulanti & digne
petenti per hoc regie maiestatis insigne concessimus tres nostre proprietatis vil-
las id est in primis Hezinga que sita est iuxta flumen drumenaha quiddam Me-
gingoz ministerio ibi visas est obtinere cum Scaralouva besing. quoque acce-
pta Raperenouva cum vico fridinga & omnibus earundem villarum iustis & le-
galibus pertinentijs mobilibus & immobilibus siue in orgouve sub Vdalscalci
comitatu siue in danachgouve sub defensione Rudperti sitis, seruis, quam an-
cillis, arcis, edificijs, pratis, pascuis, siue compascuis, siluis, aquis, aquarumque
decurribus, Molendinis, piscationibus, vijs & inuijs, exitibus & redditibus, que-
sitis & inquirendis & omnibus iuste legis vtensilibus & redditibus & vt prescri-
ptū, appendicijs. Eo tenore & perpetue firmiter conuenientia, quatenus præful
Gotescalcus easdem prescriptas villas & eorum vtilitates omnibus diebus vite
sue vsu fructuaria potestate fruatur & teneat, post obitum vero illius in vsus &
dispensas fratrum Frisingen. in locis Wihenstephane & sancto Vito deseruien-
tium cum omni integritate & equa distributione. Eo ordine, si aliquis presati
presulis Gotescalci successor quod futurū non credimus prenominas villas in
suos sine iusta & eisdē predictis fructibus placita redemptione & conuenientia,
temptauerit auertere, nostris heredibus statim reuertantur & seruiant. Et vt hec
nostra auctoritas stabilis & inconuulsa permaneat, hanc nostri precepti paginā
manu propria roborantes nostre ymaginis, Sigillo imprimi iussimus. Signū dñi
Henrici Regis inuictissimi. Engilbertus Cancellarius vice Willigisi archicappel-
lanū recognoui. Data V. Idus Sept. anno Dominice incarnationis M. II. Anno,
verò Domini Henrici II. regni II. actum Babenberge feliciter Amen.

IN nomine sancte & indiuidue Trinitatis. Harricus diuina fauente clementia
Rex. nouerint omnes fideles nostri presentes scilicet & futuri qualiter ob in-
teruentum dilecte nostre coniugis Chunigunde Regine fidelisq; nostri Gotes-
calci Frising. Ecclesie Antistitis quoddam predium Strafisla vocatum & quid-
quid inter tres fluuios libinza, Saba Zoura in regione Carniola & in Comitatu
Waltilonis Comitatus nostri iuris situm est, ad gremium sancte M. semper virginis
sanctique Corbiniani ibidem Frising. corpore quiescentis in proprium donau-
imus cum omnibus ad idē prediū pertinentibus edificijs, mancipijs, agris, pratis,
siluis, aquis, aquarumq; decurribus, molendinis, piscationibus, exitibus & red-
ditibus Sidelvuidē, foresto, decimis, vineis, venacionibus, vijs & inuijs, cultis & in-
cultis & cum omnibus appendicijs. Eo tenore vt predicta nostra regalis tradicio
eidem præfule Gotescalco & post illius vite terminum Frigen, Ecclesie Canoni-
cis pro remedio anime nostre & parentū nostrorum absq; omni contradictione
mortalium in perpetuum deseruiat. Iussimus quoq; inde hoc preceptum con-
scribi vt hoc firmiter stabiliusq; permaneat in futurum manu propria sub-
firmuimus. Signum domini Heorici inuictissimi Regis. Engilbertus Cancellarius
in vice Willigisi Archicancellarij notauit. Data autem VII. Kal. Decemb. An-
Dominice incarnationis M. II. Ind. I. Anno II. domini Henrici Inuictissimi Re-
gis. Actū Ratispone. FRIDE.

FRIDERICVS] in Catal. M. S. omittitur. Et Diploma quoque Ottonis III. Imp. proxime precedens non huius Friderici sed Godscaldi mentionem facit.

Y.

ENGELBERTVS] de hoc M. S. Catal. Hic anno Domini M. V. Præful Frisingen. Ecclesiæ preficitur. Comes Mospurgen. qui nobilem profapiam suâ egregijs moribus & bonis operibus ornauit. Hic etiâ à S. Henrico Rege prædiũ sui Juris in prouincia Carinthia situm impetrauit, Catha dictum anno Domini M. VII. Hic venerandus Antistes Engelbertus construxit Monasterium S. Stephani in Weihestephen anno Domini M. XX. & transtulit præpositum cum suis præbendarijs hinc in montem S. Viti, & loco ipsorum instituit & initiauit Monasticam vitam in Weihestephen juxta ordinem & regulam S. Benedicti. Item anno Domini MXXI. impetrauit à S. Henrico Rege quandam partem cuiusdam insulæ in Austria Saxenaganck dictæ ad præfatum Monasterium S. Stephani, pro qua dedit villam in Hagelhausen. Et impetrauit ab eodem Rege yniversalem confirmationem omnium bonorum à prioribus Regibus & alijs donatorum. Anno Domini MXXIX. Idem Henricus donauit quoddam Curtiferum in Ratispona, Ecclesiæ Frisingen. similiter quædam alia prædia juxta Danubium. Anno MXXV. eodem anno S. Kunigunda Imperatrix quædam prædia, scil. Ranerstorfseu Rateshouen, Hopertach, Ostermütting, Veldkirchen, tradidit cum Ecclesijs & decimis, cum Foresto Wilnhart, cum terris, cultis & incultis, & cum omnibus ad ea pertinentibus. Insuper & præfata Imperatrix tradidit quidquid habuit in Hal, in ædificijs, terris, cultis & incultis, ac Sartaginibus, ad altare S. Mariæ sanctique Corbiniani Confessoris Christi Frisingen. in jus perpetuum. Ipse Engilbertus conseruauit Abbatiam Mosepurek iustitia mediante, quam quidam Comes imperio voluit vsurpassè. Idem Engilbertus dedit Canonici Frisingen. Ecclesiæ de rebus Ecclesiæ suæ loca nominata Fiechtach, Oberndorff & Zorngetling cum Ecclesijs ad Obernpach & ad Nidernpach: impetrauit etiam Præful idem à Conrado Imperatore prædia juxta murum anno Domini MXXXIII. cum curte Endlingen: Similiter obtinuit ab eodem Curtemalarum in Austria & nonnulla alia, quia in eius obsequio strenuus fuit. Omnibus his peractis Ecclesiam cui præfuit diuersis & optimis decorauit ornamentis. Tabulam enim ex auro purissimo, quæ in diebus festis ante altare ponitur, fabrilis opere conpegit, & in multis alijs vasculis aureis & argenteis: in calicibus ex gemmis pretiosis & margaritis, atque diuersarum materialium, Cappis & casulis & alijs domum Dei mirè decorari fecit. & quousque vixit Ecclesiam suam in prædijs atque redditibus dotare non cessauit, & rexit hanc eadem Episcopalem Annis triginta quatuor feliciter. Obiit An. Domini M. XXXIX. prid. Non. Nouembris sepultus in sua Cathedrali Ecclesia in abside, ante altare sancti Spiritus.

Chaisa

IN nomine sancte & indiuidue trinitatis. Hainricus diuina fauente clementia Rex. Nouerint omnes Christi que fideles qualiter nos pro nostre seniorisque nostri Ottonis Imperatoris anime consolencia * peretumue nostrorum * Paren-
felici memoria & per interuentum dilecte coniugis nostre Kunigunde Regine, tummo
perchnopolitani atque Archiepiscopi Gaginni dicti ac pro indulgentia bone
memorie archiepiscopi in cuius laribus eis que sancte M. sanctique Corbiniani * f. affectu
erant bonis pariter vtentes principio, * benigne nutriebatur, ac pro requie pie
præfulis Gotescalci iam defuncti. Et quod nostrum fidelem Engilbertum An-
tistitem de propria quasi camera ad tale dispendium superandum vix nostre af-
fiduitatis subtraximus quoddam nostri iuris predium Chatfa vulgo nominatum
in prouincia Corinthia situm, cum familijs vtriusque sexus, Curtiferis, edifi-
cijs

Carinthia

cijs, terris cultis & incultis, que sitis & inquirendis, rebus mobilibus & immobilibus, vijs & inuijs, exitibus & redditibus, aquis aquarumque decursibus, Molendinis, piscationibus, * signis, Sidilvveidis, alpbis, vallibus, paludibus, omnibusque eidem predio iuste & legaliter pertinentibus ad Ecclesiam Marie matris Domini eiusque sancti confessoris Corbiniani in proprium donauimus, eo namque tenore vt iam dictus Engilbertus Frisingen. Episcopus sui que Successores, absque contradictione omnium nostro dominio subditorum liberam exinde habeant potestatem tenendi, possidendi, comutandi, vel quidquid in usum Ecclesie libuerit, faciendi, precipientes igitur vt nullus dux aliquisue comes iugum vel aliquam discretionem seruis libertisque in eodem predio habitantibus imponere jus habeat, sed aduocatus eidem Curti, ab Episcopo positus, quidquid in eadem curte ad regendum emendandumue sit, iuxta leges, ac instituta maiorum potestate diffiniat. Et vt hec nostre tradicionis auctoritas stabilis & incouulsa permaneat, hanc nostri precepti paginam inde conscriptam manu propria roborantes Sigilli nostri impressione insigniri iussimus. Signum domini Henrici Regis inuictissimi. Eberhardus Cancellarius vice Willigisi Archicapellani recognoui. Data VI. Idus Maij, Ind. V. anno dominice incarnat. M. VII. anno vero domini Henrici secundi V. Regni. Actum Babenberge feliciter Amen.

f. saginis

f. prepositi

f. potestatis

IN nomine sancte & indiuidue Trinitatis. Chunradus diuina fauente clementia Romanorum Imperator Augustus. Si erga domus Dei nostre liberalitatis munificentiam pijs incitati studiis ostenderit, & oportuna terreni commodi more imperiali seu regali cum conferimus suffragia, non solum ad temporalē regni diuinitus nobis collati profectum, verum & ad eternitatis gloriam feliciter obtinendam, hoc nobis multum prodesse liquido credimus, simulque patrocinijs sanctorum nos inde beari atque tueri non ambigimus. Idcirco omnibus Christiane religionis fidelibus presentibus scilicet patefeat & futuris, quomodo venerandus Engilbertus sancte Frisingen. ecclesie presul nostram adiit celsitudinem obnix supplicans, vt pro stabilitate pie memorie antecessorum nostrorum scilicet: siue regum a primo consecrationis sue tempore vsque eidem concessas, & quidquid religiosa nobilium personarum vel ignobilium traditione seu comutatione siue coemptione aliquando in jus ac inuestituram eiusdem Ecclesie in presenti collatum dinoscitur, per nostre imperialis renouationis preceptum, sibi roborare atque confirmare dignaremur. Totamque Ecclesie facultatem in curte nostre singulare patrocinium mundiburdum atque defensionē habuissemus commendatā. ac nos gratuita benignitate religiosi petitionibus pro Christi honore, & sancte genetricis sue semp virginis Marie ueneratione assensum prebentes, nec non dilecte conuictalis nostre Gisele imperatricis Aug. & care sobolis nostre regis videlicet Hainrici Imperatoris, & tam uenerabilium Episcoporum, quā reliquorum conspectu nostro assistentiū percepte intercessioni pie annuentes, iure auctoritatis nostre, ad prefatā ecclesiam nomine sancte Dei genitricis dedicatā, in qua confessor Dei electus Corbinianus corpore quiescit, pro antecessorū nostrorū & anime nostre remedio, profectus nostri regni felicitate, eternaliter in propriū donamus, roboramus, quidquid ad prefatā sanctam & matricem ecclesiam hactenus pertinebat, & quidquid in hodierno tempore in eadem Ecclesia inuestitura rite retinet, in quacunque scilicet. prouincia Imperij nostri siue quocumque pago aut marchia, aut comitatu sitū sit, cum Monasterijs Eccle. decimatis siue absque decima, cum castellis, vel vicis, cum curribus & casalijs, edificijs, familijs & vtriusque sexus mancipijs, Parschaleis, Sindmannis, hengisfontis, censibus & capitencibus, aquis, campis, vineis, terris, cultis & incultis, noualibus vel siluis ad

noua-

noualia extirpandis pratis, paludibus, pascuis, compascuis, Montibus, siluis, materie ac lignorum incisionibus, forestis, Mercatis, venacionibus, tecloniis, & percussura proprii numismatis, salinis & sartaginibus, ac locis Sartiginum, aquis aquarumque decursibus, piscationibus, stationibus, id est, Giscellis piscium quos Husones dicimus, Mol. Molendinarumque locis, pontibus, vestigalibus, vijs, exitibus & redditibus, quesitis & inquirendis, hec omnia in omnibus ad ipsum Frisingen. Episcopatum legaliter pertinentia per hoc auctoritatis nostre preceptum in jus & potestatem sacrosancte matricis Christi Ecclesie prefate donamus, tradimus, & confirmando renouamus. Eo rationis tenore vt jam dictus honorabilis Episcopus eiusque Successores liberam pro utilitate eiusdem sancte Dei Ecclesie perhenniter habeat potestatem, quidquid inde voluerit faciendi absque alicuius molestia. Et vt hec auctoritas nostra per cuncta labentis mundi curricula firmiori solidetur stabilitate, manu nostra subtus eam roborantes, Sigilli nostri inpressione iussimus insigniri. Signum Domini Chunradi inuictissimi Romanorum Imperatoris Augusti, Vldaricus Cancellarius vice Aribonis Archicappellani recognoui. Data V. Idus Martij. Ind. XII. anno Dominice incarnationis M. XXIX. Anno Domini Chunradi II. Regni V. Imperij verò II. actum Frisingen.

IN nomine sancte & indiuidue trinitatis. Chunradus diuina fauente clementia Rex. Cunctis fidelibus nostris presentibus atque futuris. Notum esse volumus qualiter nos ob anime nostre remedium ad venerandi Engilberti fidelis nostri Frisingen. scil. Sedis antistitis petitionem quedam proprietatis nostre prediola sic nominata, ad Rintsetun, Arpinrint ad Stamrunabi ad hornun quæ Perzili de Vnamanni filius, Ieruus nostre potestatis possedit predictique presulis aduocatò Vodalchalco, ceterisque missis suis cum terminis proprijs premonstrat in Septemtrionali parte Danubij fluminis, & in Comitatu Ruperi comitis sitas in proprietate concessimus, & per hanc regalem paginam in jus eius atque dominium transfundimus cum curtiferis, edificijs, terris cultis & incultis, pratis, siluis, aquis, aquarumque decursibus, vijs & inuijs, exitibus & redditibus, Molendinis, piscationibus, Zidilvveidis, quesitis & inquirendis, omnibusque legitime ad loca eadem pertinentibus. Ea scilicet ratione vt prefatus presul liberam in rebus predictis habeat potestatem, tradendi seu sibi retinendi, aut quidquid sibi libitum fuerit, exinde faciendi. Et vt hec nostre concessionis auctoritas stabilis & inconuulsa permaneat, hoc presens preceptum inde conscriptum manu propria roborantes Sigilli nostri inpressione iussimus insigniri. Signum domini Chunradi inuictissimi regis. Odalricus, Cancellarius in vice Aribonis Archicappellani recognoui. Data II. Non Maij. Ind. VIII. anno Dominice incarnationis M. XXV. Anno verò Domini Chunradi II. regis inuicti, actum Svartzburga feliciter in Dei nomine Amen.

IN nomine sancte & indiuidue trinitatis. Hainricus diuina fauente clementia Romanorum Imperator Augustus. Si venerabilibus Ecclesiarum Dei locis quidquam largimur beneficij, necessitatesque Ecclesiarum nostro releuamus iuuamine, id profecto & anime & regni nostri saluti prouenire non dubitamus, proinde omnibus Christi nostrisque fidelibus notum esse volumus, qualiter nos ob recordationem eternam Domini Senioris nostri Ottonis Imperatoris Augusti ob spem quoque diuine remunerationis tam nobis quam etiam dilecte contectali Kunigunde impetrandam, atque fidelissimum venerandi presu-

presulis Frising. Engilberti obsequium amoremque dedimus quandam partem cuiusdam insule Sahsonagoue dicte ad Monasterium sancti Stephani protomartyris in Episcopatu eiusdem egregij antistitis ab eodem presule constructū fratribusq; inibi Christo militantibus in prouincia scilicet Orientali iuxta Danubium & in Marchia Adalberti Comitis sitam & hijs terminis inclusam, à loco enim Suntmesprucka visum per ripam danubij vsque in locum Orta dictum. Et inde vsq; in siluam quam Hart vulgariter nuncupant, & à supradicto ponte per directum vsque in eandem siluam Hart, ipsam videlicet insulam Sahsonagoue quantum suprascripto continet termino, & quidquid reliquum terre culte & inculte inter predictum inuenitur terminum cum areis, edificijs, aquis, piscationibus, venationibus, Zidelvveidis, pascuis & lignorum incisionibus omnibus illic habitantibus & quidquid vtilitatis inibi poterit inueniri. Ea ratione hanc nostram concessionem sancto Stephano & iam dictis fratribus firmantes vt nullus Episcopus seu aliqua quelibet persona potestatem habeat eam inde alienare vel auferre. Et vt hec nostre concessionis munificentia omni euo stabili tenore firma & inconuulsa permaneat, hoc presens preceptum inde conscriptum manu propria roborantes Sigilli nostri impressione iussimus insigniri. Guntherus, Cancellarius vice Aribonis Archicapellani recognoui. Data XVIII. Kal. Decembr. Ind. IV. anno dominice incarnationis M. XXI. anno domini Henrici regnantis XX. Imperij autem VII. actum apud villam Moringen.

IN nomine sancte & indiuidue Trinitatis: Chunradus diuina fauente clementia Romanorum Imperator Augustus. Si loca venerabilia diuino cultui mancipata ob memoriam diuine remunerationis munere nostre consolationis benignius adaugendo ditare decreuerimus, hoc non solum nobis ad regni nostri commodum, sed etiam anime nostre remedium salubriter prouenire pro certo statuimus. Quapropter omnium Christi nostrorumque fidelium presentium scilicet & futurorum vniuersitati notum esse volumus, qualiter nos summe dignitatis intuitu per interuentum amantissime coniugis nostre Gisèle Imperatricis Auguste, nostriq; filij dilecti Hainrici regis nec nō ob assiduū fideleq; seruiciū Engilberti Frisingen. ecclesie venerabilis Antistitis, qui pre ceteris multiplicato genere seruitutis nobis pro viribus gratanter deseruit, suūq; seruitium in hoc multipliciter adauxit, quod eūdem vnicū filium nostrū per nos sue fidei cōmendatum plena fide vice nostra fouit, amplectitur, amauit & per omnia fideliter educauit, tradimus ad altare semper virginis Marie sanctiq; Corbiniani nobilissimi Christi Confessoris in ciuitate Frisingen. corpore quiescentis, Curtem alarū sitam in comitatu & marchia Adalberti Marchionis cum omnib⁹ ad eam de iure ac legaliter pertinentibus, cum mancipiis vtriusque sexus, cum areis, edificijs, agris, vineis, campis, terris, cultis, & incultis, pratis, pascuis, siluis, venationibus, aquis aquarumue decursibus, piscationibus, molis, molendinis, vijs, & inuijs, exitibus & redditibus, questis & inquirendis, seu cum omni vtilitate que scribi aut nominari vllō modo potest. Eandemque curtem de nostro iure aut dominio ea ratione in jus atque dominium prefate Frisingen. ecclesie omnino transfundimus & in proprietatē perpetuā donauimus, vt idem venerabilis antistes Engilbertus & successores sui, absq; violentia, vllius nostri successoris siue regis, siue imperatoris liberam posthac habeat licentiam & potestatem tenendi, possidendi, commutandi vel quidquid inde sibi saluo iure ecclesie placuerit inde faciendi. Et vt hec nostra imperialis integritas stabilis & inconuulsa per futura annorum curricula perseueret, hoc auctoritatis nostre

noſtre preceptū inde conſcriptum ſigilli noſtri impreſſione inſigniri iuſſimus, & ambo nos & filius noſter dilectus Rex videlicet Hainricus, ego ipſe humiliter interueniente ille me conſentiente atque iubente vterque in ſui nominis ſigno manu propria corroborauimus. Signum Domini Chunradi inuictiſſimi Romanorum Imperatoris Auguſti. Signum domini Hainrici inuictiſſimi * Fran. Rom. regis. Burchardus Cancellarius vice Arbonis archicapellani recognoui. Data XIV. Kal. Auguſti indiēt. I. Anno Dominiſſe incarnationis M. XXXIII. Anno autem Domini Chunradi ſecundi regnantis V. Imperij autem VIII. anno etiam domini Hainrici regis III. VI. Actum Mileb feliciter Amen.

IN nomine ſanctę & indiuidue trinitatis, Chunradus diuina fauente clementia Romanorum Imperator. Si venerabilia eccleſiarum Dei loca alicuius doni incremento ſublimare ſtudemus, id proſecto nobis noſtriq̄ regni ſtatui liquido proficere minime diſſidimus. Quapropter omnium Chriſti fidelium preſentium ſcilicet & futurorum nouerit vniuerſitas, qualiter nos diuini amoris inſtinctu pro remedio anime noſtre, ob interuentum & petitionem dilectę noſtre coniugis Giſele Imperatricis auguſte, nec non Hainrici regis noſtri filij, ob iuge & deuotum ſeruiſſimum ſidelis noſtri Engilberti Friſingen. eccleſie venerabilis epiſcopi eidem preſuli ſueq̄; eccleſie Friſingen. largiti ſumus in orientis parte flumini Vñla vocatum, in comitatu marchionis Adalberti omni lege hobas regales II. quę antea admirum ſui iuris curtem ibi iuxta iacentem, ex rebus regni pro beneficio conſeſſe ſunt, inſuper hobam Regalem prope fluuiū eundem * . . . iacentem, quam habuit in beneficium predictus * Marchio Adalbertus, & etiam in meo verorumque partium iugera XXX. ſupra dicte curte contigua que Arbo de Enſiabure in beneficium habuit, cum omnibus eius appendicijs, areis, edificijs, exitibus & redditibus, vijs & inuijs, cultis & incultis, queſitis & inquirendis, agris, campis, pratis, ſiluis, venationibus, aquis, aquarumq̄ decurſibus, molendinis, molis, piſcationibus, ſcum omnibus vtilitatibus, que ſic dici aut ſcribi poſſunt. Eaſq̄; per hanc noſtram Imperialem paginam de noſtro iure & dominio in eiusius & dominium transfundimus & in proprium tradimus. Eaſcilicet ratione vt iam dictus preſul ſuiq̄; ſucceſſores liberam deinceps poteſtatem habeant in vſum eccleſie quidquid eis placuerit faciendi, inſuper vero eidem epiſcopo confirmauimus, cetera ſui iuris bona à termino orientali vbi luidzuna Miſpach influit Iſſam, Et inde per heznizam deniq̄; Rutinkam. Itemq̄; à termino occidentali à villa Vellundorf vſq̄; ad fluuium Zukaha & ad Rutinkcham. Sicq̄; ad Montana Carinthiam reſpicientia, vt hec noſtre donationis ymmo confirmationis auctoritas ſtabilis & inconuulſa omni euo permaneat, hoc preceptum inde conſcriptum manu propria roborantes Sigillo noſtro inſigniuimus. Signum domini Chunradi Romanorum Imperatoris inuictiſſimi. Burchardus Cancellarius vice Arbonis archicapellani recognoui. Data Idus Maij, Anno dominice incarnationis MXXXVIII. Anno autem domini Chunradi ſecundi regis X. Imperij VIII. Actum Ratiſpone feliciter Amen.

IN nomine ſanctę & indiuidue trinitatis Chunradus diuina fauente clementia Romanorum Imperator Auguſtus. Si venerabilia eccleſiarum Dei loca donatione liberalitatis noſtre in aliquibus adaugere ſtudemus, id proſecto ad ſtatum regni noſtri & ad ſalutę anime noſtre liquido proficere non modo ſperamus, ſed certiffime ſcimus. Proinde omnium Chriſti noſtrorumq̄; fidelium preſentium ſcilicet & futurorum nouerit vniuerſitas, quod ego Chunradus gratia Dei Imperator. Auguſtus ſpe diuine remunerationis, ymmo propter petitionem dilectiſſime mee

coniugis Gisele Imperatricis Auguste, nec non & filij nostri Hainrici regis. Insuper pro amore & seruitio Engilberti Frisingen. ecclesie venerabilis episcopi gemina fidelitate nobis deuotissimi, altera quidem quod in nostro semper strenuus erat seruitio, altera vero quod eundem filium nostrum a nobis sue procuratori ni vigilanter commendatum, paterno educauit animo, ad altare sancte Dei genitricis Marie in ciuitate Frising. vbi egregius Christi Confessor Corbinianus corpore requiescit, Curtem Emilingen sitam in comitatu Vdalstati comitis, cum omnibus eiusdem loci iustitijs ceterisque pertinentijs cum ecclesia dote & decimis legitime confirmata, cum arcis, edifijs & vtriusque sexus mansi- pijs, exitibus & redditibus, vijs & inuis, agris, pascuis, siluis, pratis, aquis, aquarumq; decursibus, molis, molendinis, piscationibus, questibus & inquirendis, cultis & incultis & cum omnibus vtensilibus que aut scribi aut nominari possunt; Eo videlicet tenore. Eandem curtem de nostri domini iure in ius & dominium predicte Frisingensis ecclesie transfundimus & in proprium perpetuo possidendo tradimus, vti dem venerabilis presul Engilbertus suiq; successores liberam habeant potestatem eam sicut alias ecclesie sue proprietates libere possidendi, & si opus fuerit commutandi, seu quidquid ecclesie sibi libitum, inde faciendi. Et vt hec nostra Imperialis tradicio stabilis & inconuulsa omni permaneat temporis euo, & vt nullus nostrorum, vel alia persona hec nostra dona audeat violare aut infringere, hanc precepti nostri paginam inde conscriptam Ipse idemq; dilectus filius noster rex Heinricus sua petitione ille mea licentia & collaudatione vterq; in suo monogrammato manu propria subtus roborantes Sigilli nostri impressione iussimus insigniri. Signum domini Chunradi inuictissimi Romanorum Imperatoris Augusti. Signum domini Heinrici tertij regis inuictissimi. Burchardus Cancellarius ad vicem Bardonis Archicapellani recognoui. Data anno dominice incarnationis Millesimo XXIII. Ind. XII. Kal. Augusti, Anno autem domini Chunradi secundi regnantis XI. Imperantis vero VII. Anno autem domini Heinrici tertij Regis VI. Actum in prouincia Turingia apud Regalem Curtem Imileb feliciter Amen.

IN nomine sancte & indiuidue trinitatis. Chunradus diuina fauente clementia Rex. Si nostra regalis munificencia locis venerabilibus sacreq; religionis cultoribus quidquid vtilitatis contulerit, scimus magna presidia tum anime nostre tum etiam stabilitati regni nostri inde accrescere. Proinde nouerit industria cunctorum hominum fidelium nostrorum, qualiter nos ob interventum venerandi Engilberti Frisingen. sedis Episcopi more antecessorum nostrorum regali concessione firmauimus curtiferum id est in presenti eodem egregio presule super edificatam in prouincia Baioaria & in urbe regensparch sitam, partem uidelicet alicuius palacij veteris atq; destructi incipientem a curte quam tenet Eberhardus Babenbergensis episcopus, ac contra septem trionem in longitudine VIII. perticas habentem, & inde ad orientem vsq; ad viam publicam que est inter ecclesiam sancti saluatoris & predictum Curtiferum, & ad flumen Danubiū ducit terminante. Constat namq; idem Curtiferum a pio antecessore Hainrico Imperatore ecclesie Frisingen. ob remediū anime sue fideleq; ministeriū eiusdem antistitis consentiente Duce Baioariorum Heinrico, Imperiali precepto concessum. Nos aut ecclesie vtilitatem nihilominus prospicientes, hoc presenti precepto nostro curtem predictam cum vniuersis edifijs ac sepiam municionibus, illi in perpetuum firmauimus manu propria subtus roborauimus. Signum domini Chunradi inuictissimi regis. Vdalricus Cancellarius ad vicem Aribonis Archicapellani recognoui. Data III. Kal. Sept. Ind. VII. Anno M. XXIII. dominice incarnationis. Anno I. domini Chunradi II. regis. Actum Moguncie feliciter Amen.

NICE,

NICERVS] *Aliter de hoc Nicero siue Nitgero, quem Henricus III. Nikerum* 22.
in suis Diplomatibus vocat, M.S. Catal. NITGERVS XVIII. Episcopus, fundator
collegij S. Viti martyris, præficitur anno Domini MXL. sub isto Henricus
III. Imp. confirmauit quidquid bonæ memoriæ præsul Engilbertus ac Nitge-
rus iste obtulerunt & tradiderunt ad altare S. Viti martyris, & fratribus ibidem
Deo seruicantib. proprie retinendum perpetuo imperiali auctoritate & priuile-
gio. Hic etiam Nitgerus ob specialem gratiam ab eodem Henrico impetrauit
confirmationem cunctorum bonorum Ecclesiæ Cathedralis; obtinuitque ab
eodem Rege Curtem Ostermundigen in pago Salzgovve, Ecclesias ab eodem
impetrauit Gemkurchen, Provingen, & Enlingen, cum decimis, Hubis &
Mancipijs. rexit Ecclesiam annis XIII. Obiit anno Domini MLII. Id.
Aprilis.

IN nomine sancte & indiuidue trinitatis. Hainricus diuina fauente clementia
 Rex. Si erga Dei domus nostre liberalitatis munificentiam pijs incitari stu-
 dijs ostendimus, & opportuna terreni commodi more imperiali seu regali con-
 firmauerimus suffragia, non solum ad temporalem regni diuinitus nobis collati
 profectum, verum & ad eternitatis gloriam feliciter obtinendam hoc nobis
 multum prodesse liquido credimus, simulque patrocinij sanctorum nos inde
 beari atque tueri non ambigimus. Idcirco omnibus Christiane religionis fide-
 libus presentibus scilicet ac futuris patefeat. Quomodo reuerendus Nikerus
 sancte Frisingen. præsul nostram adijt celsitudinem, obnixè supplicans, vt pro
 stabilitate sacro sancte ecclesie vniuersas res pro liberalitate pie memorie ante-
 cessorum nostrorum Imperatorum scilicet siue Regum à primo consecrationis
 sue tempore vsque modo eidem concessas & quidquid religiosa nobilium per-
 sonarum vel ius nobilium tradicionem seu commutationem siue coemptionem ali-
 qua in ius ac inuestituram eius ecclesie in presenti collatum dinoscitur, per
 nostre regalis renouationis preceptum sibi roborare atque confirmare digna-
 remur, totamque ecclesie facultatem in tutela nostre singulare patrocinium,
 mundiburdum, atque defensionem habuissemus, commendatam, * ac nos *
 gratuita benignitate religiosis eius petitionibus pro Christi honore & eius gene-
 tricis sancte Marie veneratione assensum prebentes, nec non nobis dilecti
 Dietmari assensum prebentes Saltzburgen. ecclesie archiepiscopi & aliorum
 tam venerabilium episcoporum, quam reliquorum conspectui nostro assisten-
 tium procerum intercessionem pie annuentes iure auctoritatis nostre ad præfa-
 tam ecclesiam nomine sancte genetricis dedicatam, vbi electus Dei Confessor
 Corbinian. corpore requiescit, pro antecessorum nostrorum & anime nostre
 remedio ac diuturna profectus nostri felicitate eternaliter in proprium dona-
 mus, roboramus ac roborando confirmamus, quidquid ad predictam sanctam
 & matricem ecclesiam hæctenus pertinebat & quidquid in hodierno die ea-
 dem ecclesia inuestita rite retinet, in quacunque videlicet regni nostri siue in
 quocunque pago aut marcha vel comitatu situm sit, cum Monasterijs, ecclē-
 sijs, decimis, siue absque decima, cum castellis, vicis, cum curtis & casis,
 alijsque edificijs, familijs, & vtriusque sexus mancipijs, marschalcis, Sind-
 mannis, hengisvoteris, censibus & capitencensibus, agris, campis, vineis, cer-
 ris, cultis & incultis, noualibus, vel siluis ad noualia exstirpandis, pratis, pa-
 ludibus, pascuis, compascuis, montibus, siluis, materie ac lignorum incisioni-
 bus, forestis, venacionibus, Mercatibus, thelonijs & percussionibus numif-
 matis, Siluis & Sartaginibus, ac locis Sartaginum, aquis aquarumque decursibus,
 piscationibus, stationibus id est Viseell. piscium, quos husones dicimus, Molis,

Molinarum locis, pontibus, vestigialibus, vijs & inuijs, exitibus & redditibus, quesitis & inquirendis, hec omnia in omnibus ad ipsum Frisingen. episcopium legaliter pertinentia per hoc auctoritatis nostre preceptum iuri ac potestati sacrosancte matris ecclesie prefate donamus, tradimus & confirmando renouamus, eo rationis tenore vt iam dictus venerabilis episcopus Nitgerus eiusque successores liberam pro vtilitate eiusdem sancte ecclesie perhenniter habeant potestatem quidquid inde voluerint faciendi absque alicuius molestia. Et vt hec auctoritas per cuncta mundi labentis curricula firmiori solidetur stabilitate, manu nostra subtus eam roborantes Sigilli nostri impressione iussimus insigniri. Signum domini Henrici III. Regis iuuentissimi, Theodoricus Cancellarius vice Bardonis archicappellani recognoui. Data II. Idus Maij, Ind. VII. anno dominice incarnationis M. XXXIX. Anno autem domini Henrici III. ordinationis XII. regni vero I. actum feliciter Amen.

IN nomine sancte & indiuidue trinitatis. Henricus diuina fauente clementia Rex. Si loca venerabilia diuino cultui mancipata ob memoriam, diuine remunerationis munere nostre consolationis benignius adaugendo ditare decreuimus, hoc non solum nobis ad regni nostri commodum, sed etiam ad anime nostre remedium salubriter prouenire credimus. Quapropter omnium Christi nostrorumque fidelium presentium & futurorum vniuersitati notum, esse volumus, qualiter nos summe diuinitatis intuitu per interuentum nobis dilectissimi Sigibotonis sancte videlicet Spirensis ecclesie venerabilis episcopi, nec non ob assiduam fideleque seruitium domini Nitkeri Frisingen, ecclesie prefule celeberrimi, eademque scilicet beniuolentia & auctoritate, qua similiter fecit & ante me beate memorie genitor meus per omnia pius Catholicus Chunradus siquidem Imperator augustus, qui me interpellante in idipsum etiam consilio & reoconspirante cartam constitutionis imo hec eadem continente manu propria roborando omni que lege confirmando in ius Frisingen. ecclesie tradidit, nos pariter animo nihilominus volenti tradimus & concessimus ad altare semper virginis M. sanctique Corbiniani nobilissimi confessoris Christi in ciuitate Frisingen. corpore quiescentis Curtem Alaris, sitam in marchia & in comitatu Adalberti Marchionis, ad eundem locum iure ac legaliter pertinentibus, cum mancipijs vtriusque sexus, cum arcis, edificijs, agris, vineis, campis, terris, cultis & incultis, pratis, pascuis, siluis, venacionibus, aquis, aquarumque decursibus, piscationibus, molis, molendinis, vijs & inuijs, exitibus & redditibus, quesitis & inquirendis, seu cum omni vtilitate que scribi aut nominari potest. Eandemque curtem in ius atque dominium prefate Frisingen. ecclesie ea ratione omnino transfundimus, & in perpetuam proprietatem donamus, vt idem venerabilis antistes Nitkerus & successores sui absque violentia yllius nostri successoris, siue regis siue Imperatoris, liberam post hac licentiam habeant, potenter possidendi, commutandi, vel quidquid inde saluo iure ecclesie placuerit, faciendi. Et vt hec nostre regalis tradicionis auctoritas stabilis & inconuulsa per futura annorum curricula perseueret, hoc auctoritatis nostre preceptum inde conscriptum, Sigilli nostri impressione insigniri iussimus. Signum domini Henrici Regis iuuentissimi. Theodoricus Cancellarius vice Bardonis Archicancellarij recognoui. Data XV. Kal. Septemb. Ind. XIII. anno dominice incarnationis M. XL. anno vero domini Hainrici tertij ordinationis XII. regni autem I. actum Auguste feliciter Amen.

Nitkerus episcopus impetrauit à III rege Hainrico vniuersalem confirmationem cunctorum ecclesie bonorum Anno domini M. XXXIX. renouari quoque fecit ab eodem tradi.

tradicionem alarum anno domini M XL. Impetrauit ab eodem curtem Ostermündingen in pago Saltzgovve anno domini M. XLI. Impetrauit ab eodem ardashren anno domini M. XLIX. Confirmationem quoq; ab eodem Beumininchirchen, Beuoigen, & Hachingen, & Emlingen, & quidquid Engilbertus episcopus ad ecclesiam sancti Viti delegauerat. a. d. CII. Imperatum ab eodem fratribus huius ecclesie Laigan Dffirichen Eberaschirchen.

IN nomine sancte & indiuidue trinitatis Hainricus diuina fauente clementia Rex. Si sanctarum ecclesiarum res ex nostris facultatibus ampliamus, hoc ad presentis nostre vite statum, & ad eterne retributionis premium nobis profuturum esse non dubitamus, huius spei gratia ob interuentum ac petitionem Gisele dilectissime matris nostre Imperatricis Auguste, nec non Dietmari Saltzburgensis ecclesie venerabilis episcopi, quondam nostre potestatis curtem Ostermündingen nominatam in pago Saltzburgovve, & in comitatu Aribonis Palatini Comitis sitam, Frisingen. ecclesie in honorem sancte Marie, & sancti Corbiniani confessoris Christi consecrate & constructe ob dilectionem & gratiam nobis seruitutem Rutgeri ecclesie prefate venerabilis episcopi, cum omnibus suis pertinentijs, hoc est, vtriusque sexus mancipijs, areis, edificijs, terris, cultis & incultis, agris, pratis, pascuis, campis, siluis, venationibus, aquis aquarumque decursibus, molis, molendinis, piscationibus, vijs & inuijs, exitibus & redditibus, quesitis & inquirendis, cum omni vtilitate quæ vlllo modo inde potest prouenire, in proprium dedimus atque tradidimus. Ea videlicet ratione vt prescriptus Nikerus episcopus sui que successores, de pretitulata curte liberam de hinc potestatem habeant scilicet tenendi, commutandi, pignorandi, vel quidquid sibi met ad vsum prenominate ecclesie placuerit inde faciendi. Et vthec nostre traditionis regalis auctoritas stabilis & inconuulsa omni permaneat euo, hanc paginam inde conscribi manu propria vt infra videtur corroborantes, Sigilli nostri impressione iussimus insigniri. Signum domini Henrici tertij Regis inuictissimi. Eberhardus Cancellarius vice Bardonis Archicancellarij recognoui. Data II. Idus Maij. Ind. IX. Anno dominice incarnationis M. XLI. Anno autem Domini Henrici III. ordinationis eius XIV. Regni vero II. Wormacie feliciter Amen.

IN nomine sancte & indiuidue trinitatis. Hainricus diuina fauente clementia Romanorum Imperator Augustus. Si loca ecclesiarum Dei & bona diuinis obsequijs mancipata antecessorum nostrorum more confirmamus id profecto ad salutem regni nostri, & ad salutem anime nostre liquido proficere non modo speramus, sed & cognoscimus. Proinde omnium Christi nostrorumque fidelium presentium scilicet & futurorum cognoscat industria, quod ego Hainricus dono Dei Imperator Augustus ob diuine talionis respectum & propter dilectionem ymoque seruitium Nikeri Frisingen ecclesie venerabilis episcopi, ecclesiam vnam cum decimis & duabus hobis & vtriusque sexus mancipijs Boumchirchen dicto, alteram vero in loco Wibingen nominato, similiter cum decimis & duabus hobis vtriusque sexus mancipijs. Tertiam ecclesiam in loco Hachingen nominato, cum decimis & duobus hobis & mancipijs. Quartam quippe in loco Emlingen dicto, cum decimis & dote legitime confirmatam & cum * ra. Insuper etiam quidquid antedictus presul & antecessor eius Engilbertus ad altare sancti Viti martyris tradidit & delegauit, hoc ego eidem altari & fratribus ibidem Deo seruientibus proprie retinendum perpetue mee Imperialis * confirmaui priuilegio. Et vt ^{f. manifeste} nostra Imperialis confirmatio stabilis & inconuulsa omni permaneat euo, hanc _{in} cartam

cartam inde scriptam manu propria vt subrus videtur corroborantes, Sigilli nostri impressione iussimus insigniri. - Signum Domini Heinrici Imperatoris inuictissimi secundi Romanorum Imperatoris Augusti. Wintherius Cancellarius vice Luitvvaldi Archicancellarij & Archiepiscopi recognoui. Data XV. Kal. Iunij, Anno Domine incarnationis M. LII. Indiēt. X. domini autem Heinrici III. Regis, II. Imperatoris ordinationis eius XXIII. Regni quidem XIII. Imperij autem VI. in nomine Domini actum feliciter Amen.

ELLENHARDVS] *M. S. Catalogus.* Ellenhardus Episcopus XIX. Fundator Collegij sancti Andreæ Apostoli. Hic præficitur sedi Frisingen. anno Domini M. LIII. Hic à Rege Henrico III. impetrauit priuilegium stabilitatis & confirmationem vniuersalem omnium Ecclesiæ bonorum Anno Domini M. LVII. Hic etiam incepit construxit ac planè fundauit Ecclesiam collegiatam S. Andreæ in monte Frisingen, dotansque eandem cum viginti præbendis. Item hic præclarus Pontifex impetrauit ab Henrico Rege quarto Perian & Naubenburk in Histria sitas, cum omnibus vilitatibus ad eas iure pertinentibus, ad Monasterium S. Andreæ Apostoli in ciuitate Frisingen. Anno Domini M. LXII. Item obtinuit ab eodem Rege Abbatiam Beuern in pago Schvvingovv sitam, cum omnibus appendicijs ad Ecclesiam S. Dei genitricis & Corbiniani, Anno M. LXV. Impetrauit etiam ab eodem in Marcha Histria has villas, Cubida, Leonz, Opezazari, Trustulahenia, S. Petri, cum omnibus adinentijs ad Ecclesiam Virginis Mariæ Frisingen. Anno Domini M. LXVII. Item impetrauit ab eodem multas Hubas apud Quinchsaha, Afcha, Reicher-spurch Tungerspruna, Nobendorf, Hohenlovv, cum omnibus appendicijs, Anno M. LXXIII. Item Ellenhardus Episcopus, delegauit Curtiferum apud Sighoffstetten ad altare S. Petri in crypta tali tenore, vt alicui de fratribus committatur Missæ celebratio ad idem altare, pariterque fratribus inde seruitium exhibeatur in anniuersario Episcopi die, & alia multa bona delegauit Ecclesiæ S. Dei genitricis Mariæ, tali condicione, quod Canonici S. Andreæ certis diebus ex redditibus huiusmodi debent refici, seu portionem habere. Hic deuotus Ellenhardus rexit annis viginti quinque, & obiit anno Domini M. LXXVIII. in vigilia S. Gregorij V. Idus Martij, sepultus in Ecclesia S. Andreæ, cuius anniuersarius annuatim peragitur circa festum S. Gregorij Papæ cum Solenni Stipe.

IN nomine sancte trinitatis. Hainricus diuina fauente clementia Rex. Si erga domus Dei nostre liberalitatis munificentiam pijs incitati studijs ostenderit, & oportuna terreni commodi more Imperiali seu regali eis conferimus suffragia, non solum ad temporalē regni diuinitus nobis collati profectum, verum & ad eternitatis gloriam obtinendam, hoc nobis multum profdesse liquido credimus. Simulque patrociniū sanctorum nos inde beari atque tueri non ambigimus. Idecirco omnibus Christiane religionis fidelibus presentibus scilicet patefcat & futuris, quia Reuerendus Ellenhardus sancte Frising. Ecclesie presul nostram adiit celsitudinem, obnixe supplicans, vt pro stabilitate eiusdem sacrosancte Ecclesie vniuersas res, liberalitate pie memorie antecessorum nostrorum Impetatorum scilicet siue Regum à primo consecrationis sue tempore vsque modo concessas, & quidquid religiosa nobilium personarum tradicionē seu commutationē, seu coemptionē aliqua in jus ac vestiturā eiusdem Ecclesie in presenti collatum dinoscitur, per nostre regalis renouationis preceptū sibi roborare atque confirmare dignaremur, totamque facultatem in tutele nostre singulare patrociniū, mundiburdium, atque defensionem habuis-

buiffemus commendatam, ac nos gratuita benignitate religiosi eius petitionibus pro Christi honore & sancte genitricis sue semper virginis Marie veneratione assensum prebentes, nec non genitricis nostre Imperatricis Agnetis nobisque dilecti Baldvini Salzburg. Ecclesie Archiepiscopi & aliorum tam venerabilium Episcoporum quam reliquorum conspectui nostro assistentium procerum intercessioni pie annuentes studio auctoritatis nostre ad prefatam Ecclesiam nomine sancte genitricis Dei dedicatam vbi electus Dei confessor Corbinianus corpore quiescit, pro antecessorum nostrorum, & anime nostre remedio, ac diuturna profectus nostri felicitate eternaliter in proprium donauimus, roboramus, ac renouando confirmamus quidquid ad predictam & sanctam matricem ecclesiam hactenus pertinebat, & in hodierno tempore eadem ecclesia inuestita tenet, in quacunq; videlicet prouincia regni nostri siue quocunq; pago aut marcha vel comitatu situm, cum monasterijs, ecclesijs decimatis, siue absque decima, cum Castellis vel vicis, cum curtis, casis, alijsque, edificijs, familijs, & vtriusque sexus mancipijs, parschalcis, Sindmannis, hengisturtis, censibus, capiti censibus, agris, campis, vineis, terris, cultis & incultis, nouilibus, ac siluis, ad noualia exstirpanda, pratis, paludibus, pascuis, compascuis, montibus, siluis, materie ac lignorum incisionibus, forestis, venationibus, Mercatibus, theoloneis, percussura proprii nomismatis, salinis, & sartaginibus, ac locis sartaginum, aquis, aquarumque decursibus, piscationibus, stationibus, Gistell. piscium, quos husones dicimus, molis, Molendinarumque locis, pontibus, vectigalibus, vijs & inuis, exitibus & redditibus, quesitis & inquirendis, hec omnia in omnibus ad ipsum Frising. Episcopium legaliter pertinentia per hoc auctoritatis nostre preceptum in jus & potestatem sacrosancte matris Christi Ecclesie prefate donamus, tradimus, & confirmando renouamus, eo rationis tenore, vt iam dictus honorabilis Ellenhardus, eiusque successores liberam pro vtilitate eiusdem sacrosancte Dei genitricis Ecclesie perhenniter habeant potestatem, quidquid inde voluerint faciendi, absque vllius molestia. Et vt auctoritas nostra per cuncta labentis mundi curricula firmiore persistat stabilitate, manu nostra subtus eam roborantes, Sigilli nostri impressione iussimus insigniri. Signum Domini Henrici III. Regis inuictissimi, Wintherus Cancellarius, vice Luitpoldi Archicancellarij recognoui. Data Idus Febr. Ind. X. anno dominice incarnationis M. L. VII. Anno domini Hainrici IV. regis ordinationis tertio, regni I. Actum Nevvburg in Dei nomine.

f. matricem

interuentionem

IN nomine Sancte & indiuidue trinitatis. Hainricus diuina fauente clementia Rex Romanorum Augustus. Omnium fidelium nostrorum tam presentium quam futurorum pie deuotioni pateat, quemadmodum nos pro eterna retributione, & pro anima patris nostri bone memorie Hainrici Romanorum Imperatoris augusti, obque interuentum dilecti nostri Annonis scilicet Colon. Archiepiscopi, nec non ob deuotum fidele seruitium Ellanhardi Frisingen. sedis episcopi, quasdam nostri juris proprietates ad fiscum nostrum pertinentes in Marchia hystria & Comitatu Mar: Wodalda inque locis subnotatis inter Piriam & Nevvburg sitas cum omnibus vtilitatibus ad eas rite pertinentibus, hoc est, mancipijs vtriusque sexus, areis, edificijs, terris, cultis & incultis, agris, pratis, campis, pascuis, siluis, aquis aquarumue decursibus, stationibus nauium, theoloneis, molendinis, vijs & inuis, exitibus & redditibus, quesitis & inquirendis, cunctisque alijs appendicijs que vilo modo dici aut nominari possunt, ad Monasterium sancti Andree Apostoli in ciuitate Frisingen a prefato eiusdem ciuitatis

episcopo in dei nomine iniciatum & constructum, ex proprio in proprium donamus. Ea scilicet ratione ut fratribus inibi Deo militantibus in quantum, ex eisdem bonis prouideri possit ad diuinum officium peragendum, victus & vestitus singulis annis subministrentur. Et ut hec traditio nostra in futuro tempore stabilis & incoeuulsa permaneat, hoc regie donacionis preceptum inde conscriptum, sigilli nostri inpressione iussimus insigniri, manuque propria ut inde videtur corroborauimus & confirmauimus. Signum domini Henrici quarti Regis. Wichbertus Cancellarius vice Sigefridi Archicancellarij recognoui. Data I X. Kal. Octobris, anno incarnat. dominice M. L. X. II. anno autem ord. Henrici quarti Regis VII. Regni vero VII. Actum Auguste, in dei nomine, Amen.

Burini

IN nomine Sancte & indiuidue trinitatis. Hainricus diuina fauente clementia Rex. Omnibus Christi nostrique fidelibus tam presentibus quam futuris notum esse volumus, qualiter nos ob remedium anime patris nostri pie memorie Hainrici Imperatoris Augusti, nostraque in Christo felicitate perpetua, instinctu quoque fidelis nostri Adalberti Hammaburgen. Archiepiscopi, nec non ob fidele seruicium Ellanhardi Episcopi ad ecclesiam Frisingen. in honore sancte Dei genitricis & sancti Corbiniani, confessor. constructe Abbaciam * buibim dicta, in pago Sundergoue, in Comitatu Sigmar Comitis sita, cum omnibus appendicijs, hoc est, villis, vineis, in quacunque prouincia seu quocunque pago vel comitatu sitis nec non vtriusque sexus mancipijs, arcibus, edificijs, agris, campis, pratis, pascuis, siluis, forestis, forestarijs, venationibus, terris cultis & incultis, aquis, aquarumque decursibus, molis, molendinis, exitibus & redditibus, questibus & inquirendis, vijs & inuijs, omni iure & utilitate quod nos vi huius in proprium dedimus atque tradimus, ea videlicet ratione, ut predictus Ellenhardus Frisingen. Episcopus sui que successores libera inde potestatem habeant tenendi, construendi, quidquid ad comune vtriusque ecclesie utilitate voluerint, faciendi. Et ut hec nostra regalis traditio stabilis & incoeuulsa permaneat, hanc cartam inde conscriptam manu propria roborantes sigilli nostri inpressione iussimus insigniri. Signum domini Henrici quarti. Sigiharius Archicancellarius recognoui. Data XV. Kal. Septembr. anno dominice incar. M. L. X. V. Ind. III. anno autem emordinationis domini Henrici quarti Regis XI. regni vero IX. actum Frising. in dei nomine feliciter Amen.

IN nomine sancte & indiuidue trinitatis. Hainricus diuina fauente clementia Rex. Sancte Dei Ecclesie profectui diligentius prouidere debemus, quanto ex diuino munere sublimati sumus. Quapropter omnibus Christi nostrique fidelibus tam presentibus quam futuris notum esse volumus, qualiter nos Frisingen. ecclesie, in honore sancte M. sanctique Corbiniani constructe & consecrate ob petitione & interuentu Perthe regine regni que throni nostri consortis dilectissime, instinctu quoque Epponis Neuvburgen. Episcopi, Edberti Marchionis, Vdalrici Marchionis, nec non ob fidele meritum Ellanhardi eiusdem sedis Episcopi ~~has~~ * villas Cubida, COUNCA, Ozpe, bazari, Trusculo, Steina, sancte * peiren pago cum omnibus appendicijs suis, hoc est, vtriusque sexus mancipijs, vineis, pratis, agris, campis, pascuis, siluis, venacionibus, forestis, forestarijs, ecclesijs, arcibus, edificijs, terris, cultis & incultis, aquis, aquarumque decursibus, Molis, Molendinis, vijs & inuijs, mercatis, theolonijs, monetis, questibus & inquirendis, omni utilitate in proprium dedimus, confirmauimus, perpetuo iure obtinendum concessimus, ea videlicet ratione ut nullus successorum nostrorum Imperator siue Rex, Dux, Marchio, aut alia maior vel minor persona iudicialis hec data prefate ecclesie auferre, alienare, aut villo modo presumat inquietare, sed prefatus episcopus eiusque successore

cessores liberâ habeant potestâté tenendi, precariandi, commutandi, vel quidquid inde ad vtilitaté eiusdē ecclesie voluerint faciendi. Et vt hec nostra regalis traditio stabilis & inconuulsa omni euo permaneât hanc, scribi manuq̄ue propria subnorantes, Sigilli nostri impressione iussimus insigniri. Signum Domini Hainrici inuictissimi Regis, XV. regni vero VI. Actum Ratispone feliciter Amen.

IN nomine Sancte & indiuidue trinitatis, Hainricus diuina fauente clementia Rex. Omnibus Christi nostriq̄ue fidelibus, tam futuris quam presentibus notum esse volumus qualiter nos in presentia principum nostrorum, Gebhardi Salzburgen. Archiepiscopi, Ottonis Ratisponen. Episcopi, Welfi Ducis Bavarie, ceterorumq̄ue fidelium nostrorum ex predio quod Salomon Rex Vngarorum nostre potestati subiugauit, sancte Dei genitrici virgini Marie in Ecclesia Frisingen. vbi corpus sancti Corbiniani requiescit rogato & seruitio eiusdem fidelis Episcopi Ellenhardi C. mansos, hijs locis sitos, ad Scheiriches Burge, Chuniuglspunnen, Neuvndorf, Hasilovve, sicq̄ue de lindhaha & Werthovve cum omnibus appendicijs, hoc est, vtriusque sexus mancipijs, arcis, edificijs, pratis, pascuis, vineis, terris, cultis & incultis, vijs & inuijs, aquis, aquarumq̄ue decursibus, Molis, molendinis, piscationibus, exitibus, & redditibus, questibus & inquirendis, exceptis venationibus ex Wiltvanno in lathaberge, alijs autem omnibus vtilitatibus in proprium tradendo firmauimus. Ea videlicet conditione, qua cum omnibus ex prefato predio donatis conuenimus, vt idem Frisingen. Episcopus Ellenhardus suiq̄ue successores in quolibet castello, specialiter in Misenburc muniendo pro hijs centum regalibus mansis nobis seruiant, & in alijs omnibus nobis fideles existant. Cuius tradicionis testes cartam presentem nostro iussu conscriptam nostra autem manu confirmatam Sigilli quoque nostri impressione insignitam cunctis seculis reliquimus. Signum Domini Heinrici inuictissimi Regis. Adalbertus Cancellarius vice Sifridi Archicancellarij recognoui. Data anno Domini M. LXXVIII. Ind. XIII. XI. Kal. Decembr. Anno ordinationis domini Heinrici IIII. regis XX. regni XVIII. actum Ratispone in nomine Iesu Christi Amen.

Testimonium antiquissimum & canonicum; Ellenhardum Episcopum Frising. & Fundatorem Collegiate Ecclesie S. Andreae ibidem non tantum Catholicum fuisse, sed & miraculis claruisse.

Ex antiquissima scriptura copiatum & collationatum Per Decanum S. Andreae ibidem Andream Scherer, 15. mensis Septemb. Anno 1616.

ANNO Dominice incarnationis Millesimo centesimo vigesimo nono, primo Kalend. Augusti. Collectis apud Lufen quampluribus Salzburgensibus, Frisingensibus, Ratisponensibus, Parauiensibus, Aistitensibus Ecclesiarum Clericis, *Hydystett* religiosis & literatis, insuper Abbatibus & Monachis & non modico Principum ac populorum Collegio; coram Archiepiscopo Salzburgensi Chounrado * & Reginberto Brixienſi Episcopo; Inter cetera, Causa Ellenhardi Frisingensibus Episcopi iam dudum ante annos quinquaginta duos feliciter viam vniuersę carnis ingressi, ventilata est. Quia hoc ipse tempore Gregorij VII. qui & Hildibrandus, sub heresi Wicbertiana quibusdam defunctus esse putabatur, a prefato metropolitane sedis Archiepiscopo plus annos quinquaginta duos, quibus sine reclamacione canonica tam mortuis quam viuis verè Catholicus est

* Est hic
Chouura-
dua huius
nominis
primus
Archiepi-
scopus.

est habitus, irrationabiliter est impetitus; cum utique duobus annis prius ipse de mundo excesserit, quam Wicbertus Hæresiarcha Romanæ sedis Cathedram inuasit. Sed beati viri meritis exigentibus probabili septem probabiliū virorum testimonio canonice excusatus; immo meritorum prærogatiua & miraculorum attestatione venerabilis semper inuentus, reuerentiam quam apud Deum, & homines dudum viuens emeruit etiam mortuus Domino propitiante irrefragabiliter obtinuit. Probatum est itaque legitime ac canonico Rudolphi Abbatis Aistitensis testimonio, Diethmari S. Andreae Decani, Hannonis presbyteri, Chunonis Parochiani, Richeri presbyteri de Glane, cæterarumque venerabilium personarum, quod venerabilis idem Episcopus in gratia sedis Apostolicæ & communione matris Ecclesiæ indubitanter obierit. Ne ergo digna tantæ rei memoria vlla posterorum obliuione deleatur, placuit vt huius comprobationis notitia per literarum inditia posteris nostris transmittatur. Acta sunt hæc præsentibus subscriptis testibus & alijs quam pluribus. Abbas Salzbürgensis Paldricus, Abbas Scilensis Guntherus, Præpositus Salzbürgensis Hermannus Præpositus, Chimseensis Hartmannus Præpositus de Perchtere Kademan, liberuinus Præpositus de Garze, Hugo Præpositus de Ouue, Herilortus Præpositus de Cella, Burchardus Tagibertus Præpositus de Werda, Archidiaconus Patauiensis Rubertus, Præpositus Aistitensis Burchardus, Wernherus Canonicus Ratisponensis, Frisingenses Canonici, Adalpero Præpositus, Adalpertus Decanus, Wichmannus Præpositus S. Andreae, Henricus Scholasticus, ac Præpositus S. Viti, Herricus Præpositus S. Castuli, Hoholdus præpositus S. Zenonis, Waltherus Tridentinus Præpositus.

Andreas Scherer Decanus pro tempore S. Andreae monastis Frisingensis in fidem se subscripsit m. p.

cc. *MEGINWARDVS]* *M. S. Catal.* Hic anno Domini M, LXXVIII. XI. Cal. April. Frisingen. Ecclesiæ præficitur. Hic oppidum seu castrum nominatum Püttenberch XXX. libris comparauit, à quodam nobili Adalramo nomine. Hic etiam propter lucrandas Deo animas venit in Bohemiam, & ibidem populo prædicauit, & in fide instruxit ac confortauit, & Ecclesiam Cathedralē in Praag, & multas alias in Cerimonijs instituit. Tandem ad sedem suam Frisingen. redire cupiens, impeditus fuit: vnde ei contigit, quod ibidem diem suum extremum clausit, & in Praag est sepultus. Obiit An. Domini M. XCVIII. Quarto Calend. Maij. præfuit an. XX.

dd. *HENRICVS.]* *Chronic. M. S.* Anno Domini M XCVIII. Henricus de Eberstein Ecclesiæ Frisingen. IIII. Cal. Iulij præficitur Episcopus. Hic ob suam memoriam prædium in Eberdorff, & quidquid in Griefs habuit, ad altare S. Mariæ in communem vsum fratrum ibidem Deo militantium tradidit, exceptis XX. hubis, quas pro sua parentumque & omnium * debitorum suorum animabus ad altare S. Leonardi in vsum fratrum, & stipendium Christi pauperum, ad idem altare pertinentium destinauit, & multa alia bona Ecclesiæ fecit. Præfuit an. XXXV III. sepultus est in Capella S. Leonardi, tale habens Epitaphium: Anno Domini M. CXXXVII. septimo Idus Octobris, obiit Episcopus Henricus de Eberstein.

*Ex edit.
Mar-
quard.*

Non præmittendum hoc loco est, quod Cosmas Pragensis Ecclesiæ Decanus,

ms,

*nus qui huius temporibus vixit scripsit q., libro III. Chronic. Boëm. sub An. M. C. I. de hoc Episcopo tradit, his verbis. Oalricus fratrem suum Bortuoy confirmatum in solio, tardè nititur pellere de regno. Postquam verò suo referente Legato animaduertit Oalricus, nec fratrem suum cedere solio, nec Comites acquiescere suo consilio, hoc solum obtinuit precibus, vt Cæsaris per licentiam liceat sibi debitam viinudere prouinciam: cuius mox associantur in contubernium, viri in rebus bellicis strenui, Sigardus Comes de oppido Sala, & eius frater * Frisingensis Episcopus, & Oalricus, atque suus per sororem gener, & Fridericus & c. Et post pauca. Quid facerent? magna vnde coarcti angustia, per angustam, & nimis arctam semitam, quâ itur transsiluam ad Gabr. turpem noctu matu-
 rauerunt fugam. Ibi Episcopus Frisingensis amisit Capellam suam. Paulo aliter Joan. Dubravius Episcopus Olomucen. Histor. Bohemica libr. X. post princip. Vdalricus verò Freysingensis præsul, & Fridericus sororis eiusdem præsulis maritus, ac Sigardus à Sala Comes, perse quisque sui agminis ducem proficentur. & paulo infra. Frustra Vdalricus excubationem orditur, frustra que retinere diutius amicos conatur, præsertim Freysingensem præsulem, qui proxima statim nocte, desertis castris, rebusque suis in illis relictis omnibus, per calles saltuosos, in vicum qui Haber dicitur, euasit.*

Otto J. M. S. OTTO Magnus Episcopus XXII. Hic anno Domini M. CXXXVIII. sanctæ Frisingen. Ecclesiæ præficitur. Hic impetrauit à Rege Conrado II. fratre suo vterino confirmationem renouationemque omnium priuilegiorum Frisingen. Ecclesiæ: similiter impetrauit omnium bonorum Ecclesiæ suæ confirmationem à Papa Innocentio II. anno M. CXXI. Romæ. Hic venerabilis Otto anno Domini M. CXXL. fundauit Monasterium Schefflarn, quo ad ordinem Præmonstratensem, quem & ipse secatatus est. Similiter anno Domini M. CXXI. fundauit Monasterium Nouacellâ prope Frisingam S. Petri ordinis Præmonstratensis, anno XXII. ab inceptione eiusdem ordinis: fundauit etiam Collegium Canonorum Regularium in Schliersee. Item Conradus Romanorum Rex decreuit regia auctoritate, vt ministeriales Frisingen. Ecclesiæ in ea libertate permaneant, vt ministeriales regni, M. CXLIII. Hic venerabilis Otto nobilissimam traxit parentelæ originem, vt alibi plenius habetur. Et ad Parisios missus, latinæ literas ad præmium nactus Theoriæ atque secularis prudentiæ i. e. artium liberalium magister, ac S. Theologiæ profundissimus ac eloquentissimus Doctor effectus est. Dehinc ordinem Cisterciensium in Monasterio Moramunden. professus, Abbas ordinatus est: deinde ad Ecclesiam Frisingen. postularus, eandem optimè rexit. Is cum ipsam primùm ferè omnibus bonis destitutam, facultates distractas, collapsa pallatia, religionisque ordinem nullum vel paruum (propter sui prædecessoris irreligiositatem) * memoriam reperisset, tandem ipsam ope diuina in eum locum reduxit, & clero religionem, facultatibus copiam, ædificijs decorem restituit. Denique causas Ecclesiarum & pupillorum & oppressorum hominum apud Imperiale tribunal, & alias indefesse tutatus est: eiusque cura, labor & meritum circa sedem & gentem familiamque suam extiterunt, tantaque Ecclesiæ bona contulit, ac si non tam instaurator quam fundator illius esse putaretur. Item Anno Domini M. CLII. hic Otto Episcopus Frisingen. obtinuit per concordiam Ecclesiam Termerskürchen cum populo ad partem occidentalem. Ipse quoque cum Conrado Sueuo Imperatore huius nominis II. in Græciam Syriamque profectus bellis omnibus interfuit, quæ cum Turcis & Saracenis gesta sunt, consilioque & armis rem Christianam iunxit, viditque Hierosoly-
 mam, & sacram Domini tumbam, ipsoque in Iordane lauari meruit. Neque

in

Frehers
 frisingen
 bonafri-
 aduicis
 cilio.
 quidam
 sic boni à
 Caluini-
 anni mē-
 ducibus
 respecta-
 ri queat?
 *
 Frising-
 gensis.
 fort. Sui-
 que.

CC.

-danda
 1001

in tot curis atque laboribus studia literarum neglexit. Historiam seu Chroni-
cam ab ortu mundi vsque ad sua tempora deduxit, & eandem per Raportem
Abbatem S. Stephani in Weihenstephen misit Friderico I. Imperatori, & fini-
uit eandem anno MCXLVI. Dominicæ incarnationis. Item cum Impera-
tor Fridericus Italicam expeditionem perageret, vocatus fuit ab eo veneran-
dus præsul Otto consilij causa, qui propter senium se excusauit. At ille ab
Imperatore benigne dimissus, eidem multis gemitibus commissam sibi Ecce-
lesiam commendauit, ne scil. post mortem suam ipsam aliquo modo in libertate
electionis aut alias grauaret: super quibus fide accepta ad propriam sedem re-
dijt. Deinde contulit se ad Concilium Cisterciense, vt vir religiosus inter ma-
nus fratrum orantium, potius quam inter strepitus præliantium, Domino spi-
ritum in animo contrito redderet: sic sedem hanc sibi intimè dilectam non si-
ne magnis gemitibus deseruit multisque adstantibus ac de recessu suo dolenti-
bus, vir præclarus se continere non valens omnibus & singulis confratribus
suis, magna cordis contritione & lachrymarum effusione vale dixit: Et viam
tam corpore inualidus carpit versus Monasterium Morimundense, & morbo
pressus ibidem per aliquot dies lecto decumbens, & iam de obitu suo nequa-
quam dubius, dum de omnibus rebus suis propriis laudabili testamento or-
dinasset, inter cætera opera quæ scripsit, emendationi Patrum commisit:
ac se Catholicæ fidei assertorem professus est. Deinde fratribus ad se vocatis,
plura de bono religionis, de immortalitate animæ, de poena damnatorum,
deque gloria *saluatorum grauitè sapienterque locutus est. Postea multa
cordis contritione, & humili confessione reatum suum cognoscens, & se in tan-
tum humilians, quod etiam de inimicis seruatorum suorum veniam petens,
prostrernitur. Demum dum sacro olei liquore, sicut moris est, perunctus
fuisset, & sumtis sacrosanctæ Eucharistiæ mysterijs, in medio multitudinis
fratrum suorum ac bonorum hominum, tam Episcoporum quam Abbatum,
de interitu eius dolentium, & vna cum ipso laudes canentium, spiritum deuo-
tè creatori commendauit: quem in crastino S. Mauricij inter manus psallenti-
um creatori suo reddidit. Cum autem adhuc viuus locum sepulturæ suæ
fratribus digito demonstrasset, huic eius vltimæ voluntati obuiatum est; & in-
fra sepa Ecclesiæ iuxta maius altare honorificè tumulatus est: eiusque sepul-
chrum à cunctis fidelibus veneratione dignum habetur: apud quod nonnulla
miracula facta reperiuntur: Otto Episcopus venerandus qui rexit XX. annis,
secundus fundator Ecclesiæ Frisingen. moritur anno Domini M. CLVIII. tem-
pore Friderici Imper. I. anno regni V.

Salsendo-
rum

Epitaphium Ottonis Magni tumulo inscriptum.

Quam facunda viri vox qualis Philosophia
Hortatu Regum docet edita Chronographia.
Maius exercitium in Theologia.
Si proaui vel Aui probitas, sacer ordo, potestas
Deberet mortis furias cohibere molestas
Non mortuus erat præclare præditus illis.
Heu talem communibus accessisse fauillis.
Hic sacrum Ecclesiæ sublimauit cultum,
Talem nemo plangere potest satis multum.
Plangat hunc Germania, planctu generali
Magis tu Frisinga orbara viro tali.

Pias

Pias funde lachrymas moestum ducens chorum, ^{quod quid mouet V}
 Ad quorum preces continuas & pia lamenta, ^{quod quid mouet V}
 Propitiatur ei Deus, & pia virgo Maria, Amen. ^{quod quid mouet V}
IN nomine sancte & indiuidue trinitatis. Chunradus diuina fauente clementia
 Romanorum Rex secundus. Sicut diuina preordinante clementia ceteris
 mortalibus quodam modo supereminens, sic etiam Ecclesias & ecclesiasti-
 cas personas ab inuasionem quorumlibet regali potentia a Deo nobis commissa
 defendere debemus, per hoc enim & temporalia nostra successu reguntur pro-
 spero, & ipsius fauente clementia qui dat salutem gloria & honore coronabi-
 mur in celo. Nouerit igitur omnium tam presentium quam futurorum indu-
 stria qualiter Palatinus Comes Otto de Witilnespach nostra fretus amonitione
 iudiciariam potestatem quam super ministeriales Frisingen. ecclesie habere vi-
 debatur profusus abnegauit & in presentia episcoporum & ceterorum principu
 copensata sibi tamen consensu totius ecclesie conuenienti utilitate secundum
 consuetudinem curie omnino exfestucauit, huius rei gratia petitione Karissimi
 fratris nostri Ottonis eiusdem ecclesie venerabilis episcopi tam pro seruanda
 Frisingen. ecclesie venerabilis episcopi antiqua libertate, quam reformanda
 pacis tranquillitate constituimus edicto regali precipientes ne prefatus
 Palatinus vel aliquis heredam suorum, ullam deinceps iudiciariam pote-
 statem super ministeriales Frisingen. ecclesie sibi usurpare presumat, sed ipsi
 domino suo episcopo debita subiectione inserviant, & iure ceterorum ministe-
 rialium sine aliqua inquietatione seruiant. Si quis vero quod absit huius prece-
 pti nostri statutum infringere temptauerit, mille libras auri componat, quarum
 partem mediam camere nostre, reliquam vero prefate ecclesie persoluat. Ut autem
 impressio sigilli nostri pagina firma & inconuulsa omni tempore permane-
 at, impressione sigilli nostri eam insigniri iussimus, manuq; nostram, ut infra appa-
 ret, roborantes, Testes qui aderant subnotari fecimus. Signum domini Chunra-
 di secundi Romanoru Regis inuictissimi, Ego Arnoldus Cancellarius recognoui
 Anno dominice incarnat. M. CXL. Ind. III. regnante Chunrado Romanorum
 Rege secundo, anno regni eius III. Data Ratispone Kal. III. Ian. in Christo fe-
 liciter Amen.

IN nomine sancte & indiuidue trinitatis. Chunradus diuina fauente clementia
 Romanorum Rex secundus. Si religiosorum virorum dignis petitionibus ac-
 quiescimus, Si illoru uilitatibus paterne consulimus, si priuilegia ecclesiarum Dei
 antiquitus collata renouando confirmamus, Si libertatis iura in eisdem rationa-
 biliter concessa retinemus & conseruamus, procul dubio predecessoru nostro-
 ru Regum exempla tenemus, & id nimiru tam ad presentis uite felicem cursum
 peragendum, quam ad future uite beatitudinem promouendam nobis profuturu
 non dubitamus. Omnibus igitur Christi nostriq; fidelibus tam futuris quam pre-
 sentibus notum esse volumus, qualiter nos pro remedio anime nostre, nec non
 parentu nostroru, & instinctu dilectissime nostre Gerdrudis regine, interuen-
 tu quoq; dilecti fratris nostri Ottonis venerabilis episcopi, omnia sancte Frisingen.
 ecclesie priuilegia renouando confirmasse, nominatim autem comitatu ca-
 tuurie, cum predijs adiacentibus, que pie memorie Imperator Otto pia matris
 sue Altrudis petitione & venerabilis episcopi Abrahe legitime eidem concessit eccle-
 sie. Decernimus etiam regia auctoritate, ut ministeriales eiusdem ecclesie in ea li-
 bertate permaneant, in qua ministeriales regni & ceteraru ecclesiaru, & in predi-
 cto episcopatu nemo monetu preter ipsum Episcopu. Preterea firmiter interdi-
 cimus omne nouu foru in eo episcopatu, nisi q. antiquus roboratu est auctori-
 tate predecessoru nostroru. In ipsa uero Frising. ciuitate annale foru concedimus.

* Caturia

* Adelheid

Ut autem huius nostre renouationis & confirmationis preceptum stabile permaneat, hanc cartam inde scribi & sigilli nostri impressione iussimus insigniri, manuque propria ut infra apparet corroborantes, testes qui presentes aderant subnotari fecimus. Signum domini Chunradi secundi Romanorum Regis inuictissimi. Ego Arnoldus Cancellarius vice Adalberti Maguntini archiepiscopi & Archi. Cancellarij. * anno dominice incarnationis M. C. X. L. Ind. III. Regnante Chunrado Romanorum Rege secundo. Anno vero regni eius tertio. Data Frankenford. V. Non. Maij in Christo feliciter Amen.

* s. recognoui

In nomine sancte & indiuidue trinitatis. Chunradus diuina fauente clementia Romanorum Rex secundus. Sicut diuina preordinante clementia ceteris mortalibus quodammodo supereminemus, sic etiam Ecclesias & Ecclesiasticas personas ab iniustione quorumlibet regali potentia a Deo nobis concessa defendere debemus. Per hoc enim & temporalia nostra successu reguntur prospero & ipse miserante clementia, qui dat salutem regibus, gloria & honore coronabimur in celo. Nouerit igitur omnium tam futurorum, quam presentium industria, qualiter Palatinus Otto de Witeline spach nostra fretus ammonitione iudiciaria potestate qua super ministeriales Ecclesie Frisingensis iure aduocacie habere videbatur prorsus abnegauit, & in presentia Episcoporum & ceterorum principum compensata sibi tamen consensu totius Ecclesie conuenienti utilitate secundum consuetudinem Curie omnino exstucavit. Huius rei gratia petitione Karissimi fratris nostri Ottonis eiusdem Ecclesie venerabilis Episcopi, tam pro conseruanda Frisingensis Ecclesie antiqua libertate, quam pro reformanda pacis tranquillitate constituimus, edicto regali precipientes, ne prefatus Palatinus vel aliquis heredum suorum ullam deinceps iudiciariam potestatem super ministeriales Frisingensis Ecclesie sibi usurpare presumat, sed ipsi domino suo Episcopo debita subiectione inseruiant, & iure ceterorum ministerialium sine aliqua inquietatione fruantur. Si quis vero quod abist, huius precepti nostri constitutum infringere temptauerit, mille libras auri purissimi componat, quarum partem dimidiam camere nostre, reliquam vero prefate Ecclesie persoluat. Ut autem huius precepti nostri pagina firma & in conuulsa omni tempore permaneat, impressione sigilli nostri eam insigniri iussimus, manu propria ut infra apparet corroborantes, Testes qui aderant subnotari fecimus. Quorum nomina hec sunt. Theodevinus sancte Rufine Episcopus, apostolice sedis legatus. Henricus Ratisponensis episcopus, Embricho Wirecburgensis Episcopus. Theobaldus marchio. Fridericus aduocatus Ratisponen. Henricus prefectus Ratisponensis. Vdalricus Comes de Leateburch. Gebhardus Comes de Sulzebach. Adalbertus Comes de Bogen. & filius eius Hartuuius. Engilbertus Comes Hallensis. Chunradus Comes de Dachovve. Chonradus Comes de Valcia. Waltherus de Louenhufen. Marquardus de Bruenbach. Adalbertus de Moseburch. Otto de Steina. Bernhart de Eigelvvanck. Signum Domini Chunradi Romanorum secundi Regis inuictissimi. Ego Arnoldus Cancellarius vice Henrici Moguntini Archiepiscopi & Archicancellarij recognoui. Anno dominice incarnationis M. C. X. L. III. Indi. V. Regnante Chonrado Romanorum Rege II. anno regni eius IV. Data est Ratispone in Christo feliciter Amen.

Leuchtenburg

In nomine sancte & indiuidue trinitatis. Otto Dei gratia Frising. ecclesie in Christo fratribus Alberto preposito & vniuersis sancte Dei genetricis M. eiusdem ecclesie Canonicis eorumque successoribus canonicis substitutis in perpetuum. Diuina nos adhortante commonitione omnibus hominibus affectum debemus caritatis, effectum vero specialius hijs qui filij domestici sunt, aut quibus ad arctiorem curam per episcopalem sollicitudinem deputati sumus.

Ea

Ea propter Karolus fratres nostre salutis vestrisque utilitatibus pro debito nostro
 iugiter inuigilantes; temporalium vobis quantum valemus necessitudinum cu-
 ras imminuere curamus, ut spiritualibus disciplinis & honestioribus studijs di-
 ligentius operam intendatis. Consultis igitur venerabilibus dominis Henrico
 & yacinto Romane Ecclesie Cardinalibus & Legatis, qui hoc tempore in re-
 gno theutonico legatione fungebantur; & eorum adhibita auctoritate antiquas
 & rationabiles Ecclesie vestre consuetudines, que ut dicitur legē imitantur, vo-
 lumus à fraternitate vestra, videlicet modum psallendi in choro, reuerentiam
 in capitulo, dormiendi in dormitorio, omnibus, exceptis infirmis & his perso-
 nis, que speciali iure exemptionem defendere possunt, contemptores regulari
 discipline subiaceant. Pueros & adolescentes qui pro etatis lubrico ad malū la-
 sciuię proni sunt, scolastice disciplinę subesse volumus, donec ad ordinē subdia-
 conatus congruo tempore promoueantur, nec occasione defendi foras eos eua-
 gari ante hoc tempus concedimus. Sane de stipendijs que ad comunem prebenda
 pertinent, siue in mancipijs siue in alijs redditibus illud statuim⁹, ut vbiunq;
 ad singulares cuiuspiā vsus concessa sunt, si vacare inceperint nemini beneficia-
 entur, sed ad comunem fratrum utilitatem deputentur, nec forte ad tria vel qua-
 tuor mancipia cottidianis vsibus necessaria: pro bono tamē pacis ea que in pre-
 sentiarū ab aliquo illorū de his canonicè confessi sunt, suis possessoribus quiete
 habere concedimus, de his autē predijs que ad oblationē pertinent, vel in futu-
 rū largicione cuiusquā Ecclesiastice secularisue persone pertinebant, decerni-
 mus ut hi qui ea iuste tenent, teneant, & que ex his vacare ceperint passim non
 quibuslibet beneficentur, sed his qui à subdiaconatu, ut si idonei & probate
 fidei fuerint, & qui dimidium possessionis eiusdem beneficij pro seruitio primi-
 tus instituto singulis annis fratribus in memoriam defunctorum exinde persol-
 uere voluerint. Salua eorū iustitia, qui cognationis ordine sibi in aliquo
 predio poterit defendere ex delegato iurisdictionem. Sancimus etiam
 atque presentis scripti pagina confirmamus vobis vniuersa bona que hactenus
 venerabilium & Catholicorum antecessorum nostrorum vobis donatione con-
 cessa sunt, vel legaliter commutatione prouenerunt, in decimis, arcis, cultis
 aruis & incultis, que vel vos vel quilibet successorum vsibus posseditis vel in
 posterum canonicè acquisituri estis, ea vobis diminuere vel in eis aliquo modo
 vos infestare presumat, sed omnia rata, integra, illibataque permaneant ve-
 stris vestrorum successorum idoneis vsibus iugiter profutura. Preterea que
 vobis non liberalitate concessimus, videlicet dotem Ecclesie que est in predio
 Decani Alberti apud Eberpach, & beneficium Gebhardi presbyteri quod deci-
 ma vna apud Taune, & beneficium Agonis Diaconi apud Hasilpach cum man-
 cipijs, & beneficium Albuonis prepositi Mosburgensis, quod est Decima apud
 Aspach, & beneficium vnum ad Mittenvalde, & Eich, & ecclesiam Zollingen,
 & alijs, sicut eas in presentiarum habet dilectus frater noster Albertus preposi-
 tus maioris ecclesie, ecclesiam apud Haga cum suis ecclesijs omnibusq; earum
 pertinentijs, dotibus, & decimis, ceterisque utilitatibus, vobis contradimus,
 statuentes ut ad vsus prebende vestre, quam nouam oblationem vocatis ce-
 dant, & omnia vobis quiete & in conuulsa permaneant. Sane & que in presenti
 ad eandem collationem collata sunt, & in futurum cuiuscunq; liberalitate con-
 ferentur, cuiquam beneficiari omnino prohibemus, & prepositorum ab hysdē
 possessionibus dominium & ordinationē renouari volumus. Sed sicut in fratrum
 dispositione per officialē Canonicū quem ipsi statuerint fideliter adminis-
 tranda ad hoc fraternitati vestre honesto modo omnibus prouidentes areas nostras
 in monte hoc, que vel hodierna die in possessione vestra sunt, vel ab his adhuc

laicis vel nobilibus seu ministerialibus, quibus in feodum per vestrum studium bona illorum voluntate redimentur, vobis contradimus, ita videlicet, ut quicumque vestrum domum suam con canonico suo vel dederit, vel in testamento dimiserit, idem sine contradictione alicuius possideat & aream, excepta ad portam occidentalem turris videlicet eam, quam habent filij Ottonis Palatini Comitis, & que est Comitis Gerhardi de Chreglingen, & que est Rudolphi de Parsperk, & ad portam orientalem, ea, quam habet Burchardus advocatus Mosburgensis, quasi ob tuitionem civitatis de iure laicorum exui volumus. Solis autem Canonicis inter se & non ad ceteros clericos siue laicos præfatam donationem facere concedimus. Quod si quis canonicorum in e status abierit, in potestate prepositi & fratrum sit, concedere domum & aream eius cui fratrum illius placuerit. Si qua ergo persona hanc nostram traditionem huiusq; nostri scripti paginam sciens temerare vel infringere presumpserit, nisi communita resipuerit ream se coram diuina maiestate cognoscat, conseruantes autem in presenti pacem & in futuro fructum sempiternæ retributionis inueniant. Signum Domini Ottonis Frisingen. episcopi. Data per manum Rhannini Notarij, actum dominice incarnationis anno M. C. L VIII. Ind. VI. anno autem domini Ottonis Frisingen. ecclesie episcopi. XIX. regnante serenissimo Imperatore Friderico, anno regni eius VII. Imperij vero IV. in Christo feliciter, Amen.

Subiungam deniq; elogium Ottonis huius Episcopi præclarum, quod in libr. Tradit. Ecclesie Frisingensis extat:

Cum sepius in causis Ecclesie coram regibus & Principibus constantissime ageret, & ex inde gloria laudem, laus inuidiam ut assolet, non modicam peperisset, delationes aduersantium imperterritus declinavit, & ora obloquens non sine lesione probe probus euasit. Siquidem supradicto Principe Friderico patrueli suo in Italiam expeditionis iter agente, cum & ipse sicut necessarius & perutilis imperij negocijs ire debuisset, nutu diuino contigit ipsum iter retrahere, ut vir religiosus inter manus fratrum orantium potius, quam inter strepitum preliantium dicere possit, Domine suscipe me ut cum fratribus meis sim. Benigne vero ab Imperatore dimissus, multis gemitibus commissam sibi sue benignitati commisit Ecclesiam, à quodam spiritu prophetico de seruo suo prescius, ne post mortem suam aliquo modo ipsam grauaret, & libertate electionis ut iam sepius in alijs Ecclesijs factum esse dicebatur, eam villo modo priuaret, postulauit, atque super hoc fide accepta ad propriam sedem redijt. Ottone Episcopo vero Kal. Octob. defuncto, paucis post mensibus, scilicet circa estiuale solstitium que tunc fuit dominica palmarum, hora matutina Ciuitas Frisingen. penitus incendio conflagrauit adeo quod ut taceam de maioribus Ecclesijs que cum ornamentis suis perierunt sedeque ipsa & palatio, nec vna de minoribus capellis & oratorijs superfuit, domus etiam & officina Canonorum & domus militum exceptis valde paucis cremate sunt, nam ex orientali latere montis vis ignis rumpens, cum ad alta culmina maioris Ecclesie ascendisset, ibique nutrimentum accepisset, vi caloris & vento scintille euolute occidentalem partem montis flammis cinxerunt, inde populus in medio subita formidine percussus fugam cepit, corpus suum flammis eripere illi summa salus fuit. Tum ventus imminens omnia permiscebat, miserabilis vbique ruina patebat. Ruit sedes Cathedralis, ac imperialis dignitas edificiorum. Ruit ciborium deauratum &c.

ALBER.

ALBERTVS] *M.S. Catal.* Anno Domini M. CLVIII. Albertus Frisingen. Præpositus, eidem Ecclesiæ XXIII. Episcopus præficitur: sub isto præfulge videlicet anno Domini M. C. LIX. ciuitas Frisingen. incendio conflagrauit, ita quod nulla de Ecclesiis tam maioribus quam minoribus superfuit. Ruit enim tunc sedes cathedralis, ac Imperialis dignitas ædificiorum. Ruit chorus insignis in auro & argento mirabili artificio fabricatus. Ruit turris regalis cum dulcissimo sono campanarum; ruit ciborium deauratum & domus organorum, ruit & sedes B. Andreæ, cum suis omnibus ornamentis. Ruunt & laquearia depicta, & candelabra pretiosa. Domus quoque & officinæ Canonicorum & militum. Et vti ineffabilem huius sedis ciuitatisque cladem breuiter edicam, omnia sub breui & momentanea hora visa sunt in cinerem considerare: fuerat enim hæc Ecclesia eo tempore in tali statu, quod rebus, ædificijs ac diuitijs penè omnibus lateralibus. Episcopatus aut maior erat, aut æqualis: Cleri probitate tam insignis, vt eis in honestate & disciplina, in literarum scientia rari pares vel meliores in orbe Romano vlli haberentur: quos & dignitas Ottonis Præfulis quam maximè famam eorum per ora Principum diffuderat. Huius & alij plagis eo anno ac sequenti peractis, Albertus Episcopus qui Ottoni successit, paululum contra spem omnium reparare cœpit turrim, & scissuras nouo cemento & lapidibus compegit, officinas fratrum locauit, claustrum structura restituit, campanas tres reformauit, & inter hæc omnia fratribus victum administrans, familiæ quoque prouidit, & die noctuque in rerum dispositione manuumque labore defudauit: multa quoque bona Ecclesiæ nostræ distracta, consilio & auxilio Principum restituit, cumque reformaret Ecclesiam, & operi manus iniicerentur, & fundamenta Monasterij foderentur, inuenta sunt ibi tria corpora quæ antiquissimi viri dicebant à Venerabili Hittone Antistite in Frisingam à Roma translata, & firmissime attestabantur eadè corpora esse sanctorum Alexandri Papæ & Martyris, & Iustini, ac Nonnosi Confessorum: sed causa non fuit omnibus notoria, dimissa sunt ossa velut aliorum mortuorum sine custodia. cumque pauimentum purgaretur, & puluis cum ossibus sanctorum ad ianuas Monasterij exportaretur: hi, qui portabant reliquias, exire non valebant Ecclesiæ ianuas. Tunc Clerici cum laicis intellexerunt, ibi resurgere reliquias sanctorum prædictas, & diculaque facta ex lignis, ibi sæpe fiebant signa & prodigia in plebe: possessi a spiritibus immundis liberabantur: cæci illuminabantur: infirmitate fatigati sanabantur: & præsentia Sanctorum corpora sunt experimento probatissimo per insignia miracula reuelata. Hic quoque Albertus Episcopus per Fridericum Imp. iustitia mediante, missus est in possessionem terræ de Budaga cum eius appendicijs: eodem modo recuperavit possessionem totius Comitatus de Catubrio Anno Dni M. CLIX. Item Henricus de Brunshvigg quondam Dux Bauariæ & Saxonie fori Veringen. cum ponte, quem Ecclesia Frisingen. à longè retroactis temporibus quietè possederat, destruxit, & illud in villam München violentè transtulit. Quocirca Albertus Episcopus ad Imperatoris Friderici præsentiam accedens illud conquerendo significauit. Qui sententiâ Principum præfati Henrici factum temerarium in irritum Imperiali auctoritate iudicauit, & translationem prædicti fori in vacuam reuocauit: ipsumque forum cum ponte memorato Episcopo suisque successoribus & suæ Ecclesiæ restitui in perpetuum confirmauit. Acta sunt hæc Responsæ in Curia Sollenni, Anno Domini M. C. LXXX. tertio Idus Iulij. Hic præclarus Pontifex prædia sua quæ vel ex patrimonio suo habuit, vel in Episcopatu conquisiuit, ad diuinum seruitium in memoriam sui ordinauit. Noluit enim mortalibus hæredibus ea relinquere, sed in usum fratrum Canonicorum Frisingen. tradidit ad altaria quæ construxit, & propria manu

manu consecrauit: scil: B. Mariæ Magdalenæ, item S. Marthæ & S. Annæ, S. Mariæ Ægyptiacæ. B. Castuli in Mosburc, S. Ioannis Baptistæ &c. Acta coram Ottone Duce Bauariæ &c. Idus Nouembr. anno Domini M. C. LXXXIII. sepultus est in Ecclesia Cathedrali ante altare S. Spiritus &c.

gg.

OTTO II.] M. S. Hic Otto Canonicus Magdeburgen. eligitur anno Domini M. CLXXXIV. vir nobilis & largus, Comes de Diezzen oriundus, sicut dicitur: accessit mundus & nobilis Otto secundus: qui dispersa congregat, vir nobilis & largus. Hic habuit tres fratres Episcopos, quorum primus Dietpoldus Patauien. alter Henricus præful Herbipolen. tertius Magnoaldus Patauien. & ipse quartus Frisingen. Adepta ergo Pontificatus dignitate strenue rexit suam Ecclesiam, murum se pro domo Dei firmiter posuit, & vt vir prudens & sapiens pastor pius suis ouibus benignus præfuit. Intendens ergo ad ipsorum liberationem in primis Castrum in Ottenburk munire cœpit, in ædificijs circum mille marcas consumens: Domino Duci Ludouico se opponens, pro aduocacia quâ abusus est per graues exactiones liti finem imposuit. Ipse etiam graui labore Castrum in Chunrasheim cum foro in Waidhouen cum suis attinentijs à quinque Comitibus eadem bona sibi successiue usurpantibus coram Imperatore Henrico quinto, & postea coram Duce Austriæ finem liti imposuit. Item obtinuit à Duce Austria beneficium quod dicitur Marchart cum omnibus bonis suis. Item Castrum in Rainsperck cum suis adtinentijs. Item data magna pecunia redemit castrum in Gartenberg in Carniola cum omnibus ad id pertinentibus à Comite Ottone de Artenbergk. Item data magna pecunia comparauit villam Costeck, & villam Baungarten comparauit pro octoginta marcis. Comparauitque à Dn. Ottone de Nassenauis LX. hubas in Marchia Olab. & in villa alia quæ dicitur Lonca sub castro Priefeck pro trecentis marcis. Item redemit quoddam beneficium in villa quæ dicitur Mittendorff, pro LXXX. marc. Item soluit à Comite Gebhardo de Cronsperg quoddam beneficium, videlicet Hechingen pro CCC. marcis argenti. Item comparauit prædium in palzingen, & etiam Ecclesiam in Glan tali tenore, vt in translatione S. Corbiniani Conuentus S. Andreae, & S. Viti martyris & omnes clerici superuenientes cum Canonicis maioris Ecclesiæ plenam refectiõem accipiant. Item quidam Dominus intulit sibi damnum apud villam suam Loncam nomine, pro quo Marchio potestatiua manu tradidit Ecclesiæ Frisingen. quinquaginta Hubas sub Castro Michevv. Similiter Dux Carinthiæ Bernardus nomine tradidit ad altare S. Mariæ in Frisinga XXX. Hubas de prædio suo, apud Nassenau, propter damnum apud Loncam suis, seu sue ditionis hominibus irrogatum. Item, idem Otto Episcopus comparauit prædium in Gunzenhausen pro XXX. libris. item comparauit Episcopatu pro XXX. marcis duas Curias & vnã Hubam in villa Wisee, sub Castro Holenstein sitas. Instituit etiam anno Domini MCXCV. ad structuram fontis Domino Decano prædium in Stuthausen: & duas partes decimæ cum prædio in Gunzenhausen: & multa alia bona fecit Episcopatu. Præfuit ann. XXXV. Obiit anno Domini MCCXX, sepultus in Cathedrali Ecclesia, ante altare S. Matthiæ.

hh.

GEROLDVS.] M. S. Geroldus XXV. Episcopus. Hic malè vixit, & multa alienauit bona ab Ecclesia, seditque annis XI. & obiit. Sepultus est in porticu ante Monasterium i. est. extra Ecclesiam: & depositus est anno Domini M. CCXXXI. quarto Calend. Aprilis.

Aurca

Aurea Bulla Friderici II. Imp.

F. Dei gratia Romanorum Imperator Augustus. Ierusalem & Sicilie Rex, dilectis fidelibus suis precepto Decano, & vniuersis Ministerialibus Ecclesie Frisingen. tam presentibus quam futuris in perpetuum. Ad hoc Rex regum & dominus dominantium nos ad obtinendum dyadema Imperij sublimauit, vt vniuersis & singulis equitate seruata, que in preiudicium Ecclesiarum & personarum existentium in eisdem, quas manu tenere & tueri tenemur, ab aliquibus temere attemprantur, prouide ad earum commodum reuocemus, vt feliciter nobis regnantibus nullum dispendium vel diminutionem rerum temporalium incurrant; sed potius Imperialis sublimitatis clementia in libertatibus suis & iuribus salubriter & sine lesione aliqua gubernentur. Cum igitur sicut dilecto fidele nostro C. preposito Indicensi didicimus referente. D. quondam Episcopus Frisingen. Ecclesie dotis titulo pertinentem Duci Bavarie in feudum duxit concedendum, in commune Frisingen. Ecclesie detrimentum, Et idem Prepositus super hoc coram nobis & principibus in Curia nostra presentibus querela deposita cum instantia postulasset Imperiali sententia diffiniri, vtrum hoc facere licuisset Episcopo supradicto. Nos tandem petitioni sue benignum prebentes auditum cum Aquilegen. Patriarcha & Archiepiscopo Salzburchen. & Episcopo Ratisb. & Austrie atque Morauie nec non & Carinthie ducibus, & cum alijs nostris fidelibus super hoc tractatum habuimus diligentem: ab vniuersis & singulis quid iuris esset sollicite inquirentes. Et quia nobis visum fuit, quod in feodatio huiusmodi fieri non potuit, quia de iure non debuit, statuimus eam esse penitus irritandam. Quia vero Ciuitas Frisingen. & sedes Episcopalis & prima legitimaque dos Ecclesie Frisingen. ante ipsius dedicationem ad opus ministeriorum & luminarium eiusdem Ecclesie legitime cum omni iure ac plenaria libertate collata, & propterea non licet eam cuiquam quoquam titulo infeodationis conferri. Nos apud Anagninam constituti memorate ciuitatis infeodationem sub quocunque titulo infeodationis factam de principum predictorum consilio Imperialis nostre maiestatis auctoritate cassamus & decernimus esse nullam, eandem ciuitatem cum omni ea libertate quam ex antiquo habuisse dinoscitur ad jus & proprietatem & vsus debitos Frisingen. Ecclesie legitime reuocantes. Nulli ergo hominum liceat omnino hanc nostram sententiam infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemprare presumpserit Mille Marcas auri componat, medietatem nobis, residuum Ecclesie supradicte. Sententia eadem nihilominus in suo robore in perpetuum duratura. Ad huius autem sententie nostre memoriam & stabilem firmitatem presentem regalem paginam fieri & bulla aurea typano nostre maiestatis impressa iussimus communiri. Huius quoque rei testes sunt hij. Eberh. Archiepiscopus Salzburch. Sifridus Episcopus Ratisb. Imperialis aule Cancellarius frater Hermannus Rector domus Theuthonicorum. Berchold. Dux Karinth. Rudolfus Comes Avvichspurch. C. Purgrauus de Nurnberch. Eb. de Arinstein. C. de Hohenloch, Engelhardus de Adalburek. Bernhardus de Hagenauve. Al. Rindelsmaul. C. de Wazzerburek. Rennarus de Prennenberch, & alij quam plures. Acta sunt hec anno dominice incarnationis M. CC. XXX. Mens. Septembris. Quarte Indict. Imperante domino nostro F. dei gratia inuictissimo Romanorum Imperatore semper Augusti, Ierusalem & Sicilie Rege, Anno Imperij X. Regni Ierusalem quanto Regni vero Sicilie XXXII. feliciter, Amen. Datum per manum Sifridi Ratisb. Episcopi & Imperial. Aule Cancell. in castris prope Anagninam, Anno, mense, & indictione prescriptis,

CONRADVS] M.S. Conradus Tölzner electus est XXVI. Episcopus anno Domini M. CCXXXI. Anno M. CCXXXVII. Archiepiscopus Salisburgen. Eberhardus, & Sifridus Ratifponen. Episcopus concordiam fecerunt inter Conradum Episcopum Frisingen. & Ottonem Bauariæ Ducem, in qua tractatione inter alia præcipue sublata fuerant omnes dissensiones ac inimicitie inter vtrunque Principem & subditos eorum; sicut testantur literæ originales datæ quinto Id. Iunij indict. X. Anno quo supra. Hic Episcopus captus fuit vna cum Rudigero Episcopo Patauini. à Friderico Duce Austriæ, cum essent à Friderico Imp. II. pro tutela Austriæ Viennæ positi, an. M. CCXXXVIII. Hic bene rexit Ecclesiam annis XXVI. omnia siquidem per antecessorem suum alienatâ recuperavit. Ipse propter guerram inter eum & Ducem Ottonem exortam diuina per totam Diocesim suspendit, & verbum Dei populo prædicauit. Hunc persequuntur Canonici propter amotionem concubinarum ipsorum. Obiit XV. Cal. Febr. An. Domini M. CCLVIII. & sepultus est in Capella S. Pauli, vbi quatuor Canonicos, qui dicuntur Pauliner, de suo patrimonio instituit.

In nomine t filij & Spiritus sancti. Otto Dei gratia Comes * Palatinus Bauariæ
Patris &
** Palatinus* notitiam tam presentium quam futurorum peruenire cupimus quid nos
ad considerantes defectum quem iamdiu Canonici Cathedralis Eccle-
notabilem sie Frisingen. in suis possess. eundem defectum dictorum Canonicorum re-
ionibus leuare cupientes, denarios quos hactenus. pro steura & albergaria rece-
passi sunt pimus, pro remedio anime patris nostri pie memorie nostreq; salutis in-
Nos tuitu perpetuo remittimus, statuentes quod de predicta Curia nihil propter ius
Canonico- *voietrecht* dicitur secundum antiquam consuetudinem à nobis vel à nostris
rum dena- successoribus, exigatur. Ad hec V. Prepositus & capituli Frisingen. pro-
rius miserunt quod anniuersarius patris nostri pie recordationis iuxta probatam &
ab illis suetudinem ecclesie sue singulis annis celebretur vt autem hec rata & in-
Ducis Lu- conuulsa permaneant tam à nobis quam à successoribus nostris, Sigilli nostri
douici impressione permisi⁹ confirmari. Acta sunt hec apud Lanshut; an. dominice
quod Post- incarn. M. CCXXXV. XVI. Kal. IX. Indict. Testes huius donationis sunt
rectus Conradus Comes de Wazzerburch, Wñ. de Vtendorf. Wñ. de Sibold-
Prepositus dorf. Alicus de Presingen. per de ðde Alb. de Vilfa. H. de Ahdorf. VI. de vn.
& Cano- F. de Caminaten. V. Preposito. demno, C. Preposito de yßen. Canonico
niis Frisingen. G. & Hugo. Capellanis H. & S. Notarijs, F. de Penningen presenti-
receptam bus & alijs quampluribus.
com

Discant ex Nouerint omnes quod nos Otto Dei gratia Palatinus Comes Reni, Dux Ba-
his, & cor- uarie an. Domini Millesimo Ducentesimo Q; adragesimo, feria quarta quatuor
rigant vel temporu, Decembris, omnia scripta inter Dominu Frisingen. Episcopu Conra-
lenstatem du & nos concepta, siue fuerint Originalia siue scripta vel acta quancumque à
sol infortia principio nostre dissensionis vsq; ad finē facta fuerint, tamquā odiosa igne cre-
suam, hij, mauiimus, protestantes & promittentes, quod si quā per iniuriē, siue p̄ minore
in quibus diligentiam, siue dolo vel malo ingenio, quod non credimus, siue quocunq; ca-
hanc sili- su ignem effugerint, vbiunq; de cetero inuenta fuerint, sint vana, cassa & in-
mmo locū vtilia, nec aliquas vires habeant, sed qui eis deinceps vsus fuerit, sit à Domino
obinet Fr. maledictus. Et vt hec rata permaneant atq; firma cedulam presentem Sigilli
Abraha- nostri munimine iussimus roborandam. Actum apud Lanshut, presentibus
mus Beo- Magistro Marquardo, Preposito Maticen. Magistro Berengero Physico, Vlrico
uius, qui Notario nostre Canonice sancti Andreæ de Frisinga & alijs multis,
nescio qua-
les nugas,
imò cras-
sissima mē-
dacia de
hoc Ottone
Duce s̄ ar-
gere, non
erubescunt.

Anno gratia Millesimo, Ducentesimo quadragesimo quarto, XVII. Kalend. Octo-
bris in foro Wilsbouen &c. Rappoto Comes Palatinus vendidit & tradidit Domino
Conra-

*Conrado Episcopo Frisingen. villam Ervtingen. quam hereditarie possedit cum omnibus
attinentijs pratis, pascuis, aquis, aquarumq; decursibus, piscationibus, molendinis siue lo-
cis, tapis ad molendina construenda, agris, cultis & incoltis, questis & inquirendis. simul
etiam omnes homines eidem ville accinentes, pro mille & sexcentis libris Ratissponensis
monete.*

Gregorius Episcopus seruus seruorum Dei. venerabili fratri Episcopo
Frisingen. salutem & Apostolicam benedictionem. Ex parte tua fuit nobis
humiliter supplicatum, vt cum Ecclesia & Ciuitas Frisingen. sint incendio de-
uastate, ac ad ipsius Ecclesie domorumque suarum reparationem proprie non
suppetant facultates: absoluedi eos qui de ciuitate ac dioc. tua incendium
commiserunt, ad Apostolicam sedem propter senectutem & alia impedi-
menta venire non possunt ac conuertendi in reparationem Ecclesie predictae que
ipsi expendere ad nos veniendo deberent, potestatem tibi concedere dignare-
mur. Nos ergo fraternitati tue in hoc gratiam facientes, auctoritate tibi pre-
sentium vigore concedimus postulatam, dum tamen iidem incendiarij de dam-
pnis ea passis satisfaciant congruenter. Data Perusij Kal. Iulij. Pontificatus
nostri anno secundo.

Innocentius Episcopus seruus seruorum Dei. Dilectis filiis Capitulo
Frisingen. Salutem & Apostolicam benedictionem. Cum sicut ex parte vestra
fuit propositum coram nobis, terra Ducis Bavvarie, pro eo quod adheret Fride-
rico quondam Imperatori sic Ecclesiastico supposita interdicto, & Mons & Ciui-
tas Frisingen. pro eo quod circumquaque posite sunt terre ipsius Ducis, repu-
tentur interdicto huiusmodi subiacere, licet eidem Dux nullum ibidem domici-
lium habeat, nec ipsius loci habitatores, ei vel prefato Friderico adhereant, ne-
que causam dederint interdicto, nos vestris supplicationibus inclinati, vt si est
ita, in Monte ac Ciuitate predictis, interdicto huiusmodi non obstante diuina
officia, pulsatis campanis, alta voce, presentibus eisdem habitatoribus cele-
brari valeat auctoritate vobis presentium indulgemus. Nulli ergo omnino
hominum liceat hanc paginam nostre concessionis infringere, vel ei ausu re-
merario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem
omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se no-
uerit incursum. Data Lugduni II. Idus Ianuarij. Pontificatus nostri
Anno sexto.

CONRADVS. II.] M. S. Anno Domini M. CCLVIII. Conradus Comes Syluester Frisingen. Ecclesie praeficitur XXVII. Episcopus. Hic impe-
trauit ab Ottokero Rege Bohemiae Duceque Austriae multas Aduocantias in
Austria, & alia plura bona sicut in priuilegijs habetur, praefuit an. XX. & obiit
anno Domini M. CCLXXVIII. III. Kalend. Martij, sepultus in abside retro
altare omnium sanctorum. Nota. eodem anno venditum est caluarium si-
liginis Frisingen. pro nouem nummis Monacen. kk.

Anno Domini M. CCLXI. Episcopus Conradus Frisingen. huius nominis secundus
in feudum concessit Duci Bauariae Ludouico, consanguineo suo carissimo feoda Marchio-
num ab Hohenburch. Literae datae Frisingae, XIII. Kal. Octob. quarti indicti.

Anno M. CCLXXII. Idem Episcopus Conradus Duci Ludouico concessit feoda Si-
boronis & Conradi Comitum a Neuburg. V. Id. Octob. Quo eadem anno Episcopus memo-
ratus cum Duce Ludouico permutauit bona in Kircheim & Schleispach pro Pogenhausen &
Oberueringen Data Monaci, Prid. Id. Nouemb. & facta est traditio Schleispach per Capitu-
lum Cathedrale anno subsequ. VIII. Kal. April.

Nos Henricus Dei gratia Comes Palatinus Rheni, Dux Bauariae notum
esse cupimus presentium inspectoribus vniuersis quod cum inter reuerendum

in Christo patrem Dominum & consanguineum nostrum. Chunradum ven.
Episcopum Frisingen. nomine Frisingen. Ecclesie, ex vna parte, & nos ex altera,
super iure patronatus Termarschirchen, & Hermarschirchen eiusdem dyece,
Ecclesiarum, orta esset materia questionis, Nos ad instantiam prelibati patro-
natus & voluntatem, ad manus domine Elisabeth dilectissime vxoris & con-
sortis Thori nostri eandem litem tradidimus sopiendam, Promittentes nos
ratum & gratum habituros, quicquid in huiusmodi contentione inter nos &
Ecclesiam Frisingen. per ipsam fuerit amicabiliter ordinatum. Vnde preliba-
ta domina & vxor nostra. E. nobis annuentibus & consentientibus, de prefato
Iure patronatus inter nos & Ecclesiam Frisingen. taliter ordinauit, quod in eif-
dem Ecclesijs nec nos, nec heredes nostri Ius patronatus de cetero debemus no-
bis aliquatinus vsurpare, nec vterius super huiusmodi Iure patronatus con-
tendere cum Ecclesia Frisingen. Et vt huiusmodi ordinationi nos, vel heredes
nostri non valeamus in posterum contraire, presentem Zedulam Ecclesie Fri-
singen. tradidimus Sigilli nostri munimine roboratam. Data Anno Domini
M. CC. LXVIII.

NOs Henricus Dei gratia Comes Palat. Rheni Dux Bauarie vniuersis presen-
tia inspecturis volumus esse notum quod vidimus literas super composi-
tione inter reuerendos patres, venerabiles Episcopos Frisingen. & Ratisp. confe-
ctas mediante arbitrio, fratris nostri Kñi. L. Illustris Comes Palat. Rheni Ducis
Bauarie, saluas per omnia in hec verba. Nos Ludvvicus Dei gratia Comes Pala-
tinus Rheni Dux Bauarie constare volumus presentium inspectoribus vniuer-
sis, quod cū reuerendi patres in Christo, dominus Chunradus Frising. & domi-
nus Leo Ratisp. Ecclesiarum Episcopi super diuersis dissensionū articulis, damp-
nis, incendijs, rapinis, captiuationibus, depecuationibus, homicidijs, & alijs
multis malis inter homines eorundem iam dudum exortis vterq; ipsorum pro
se & pro Ecclesia sua. hominibus & seruatoribus suis, in nos ad sopiendas huius-
modi questiones, tamquam in arbitrum seu arbitratorem vel amicabilem com-
positorem finaliter compromississent, prout in literis sub sigillis eorundē Episco-
porū super hoc confectis lucidius continetur. Nos cum quibusdā ministerialib.
vtriusq; Ecclesie nobis ad hoc deputatis habito consilio saniorū primo & prin-
cipaliter pro communi predictarū Ecclesiarum comōdo & opere taliter duxi-
mus arbitrandum, vt homines & seruitores partis vtriusque inter se vicissim &
mutuo pro vniuersis commissis & perpetratis hinc inde, ad pacis & amicitie re-
deant vnionem, euacuatis fideiussionibus & promissis ex quibus ratione pre-
cedentium exactionum, alter alteri dici poterat aliquialiter obligatus, filiis
Friderici Holzhausij interfecti, & Rutberto fratre ipsius, R. pro se & suis atti-
nentibus quam optime potuerit sine dolo cum Alhardo de Vraunhouen
suisque seruatoribus & complicitibus per. pacis osculum, ad amicitiam, *
* inuictabilem reformatis. Sane vt * per mortem predicti Vlrici Holzhausij ali-
* propter qua satisfactio prestetur & emenda, arbitrando decreuimus, quod dominus
Leo venerab. Ratispon. Episcopus Curiam in Schoenbach cum suis attinentijs
absoluat ab Alhardo de Vraunhouen ipsamq; pro emenda conferat Liebhardo
dicto Chlechel titulo feodali, quod si facere non potuerit, viginti lib. Ratispon.
soluet eidē Liebhardo, ante festū purificationis proxime nunc venturū. Sifri-
do dicto de Rotenbach, & Heinricho dicto de Oberndorfe idē sup hoc fideiussor-
ribus deputatis. Adhec arbitrando pronunciauimus vt vtriq; Episcoporum de om-
ni dampno q. in proprijs Curijs villicibus, alijsq; predijs, hubis & colonijs, sus-
stinuerit p homines alterius Episcopi, respōdeat querelantibus & emēdet, excep-
tis vt vulgariter loquimur Selden. de quorū dāpnis dñis eorūde quos rōe p sone
respi-

respiciunt respondebitur per eum Episcopū cuius homines ipsos rapinis vel incendijs offenderunt. Preterea cum Ecclesia Frising. per homines Ratispon. Ecclesie rapinis & incendijs immoderate dampnum sustinuerit circumquaque, deliberato consilio super hoc taliter fuimus arbitrati, vt Dominus Ratisponen. Episcopus nomine satisfactionis & emende Quadringentas lib. Monacen. monete Ratisponen. Ecclesie persoluere debeat, Episcopo & Ecclesie Frisingen. iuxta formam subnotatam. Deputabit enim Dominus Ratisponen. Episcopus Ecclesie Frisingen. de possessionibus in Neuching circa officium Hohemburch, ad Episcopatum Ratispon. pertinentibus, ad quinquaginta lib. Monacenses in prouentibus annuatim, quos prouentus Frisingensis Episcopus tam diu recipiet singulis annis & in sortem deputabit, donec de summa quadringentarum lib. eidem plenarie fuerit satisfactum. Modius autem Monacensis mensure tritici vel Silig. pro vna lib. Monacensi Modius autem ordei vel aene pro den. computabitur. Porcis, den. & minutis prouentibus iuxta communem modum & consuetum in debito reseandis. Si vero aliquo annorum sterilitas, grando, violentia vel alius defectus superuenerit predijs deputatis, huiusmodi dampnum emendabitur Frisingen. Ecclesie per prouentus annorum, qui sequuntur. Neutro Episcoporum exigente aliquam extraordinariam exactionem in predijs memoratis, quam diu predicta summa quadringentarum librarum plenius non fuerit euacuata, iure instituendi & destituendi in ipsis predijs Domino Ratispon. Episcopo integraliter reseruato. Ad hec arbitantes decreuimus, quod si prefatus Episcopus Ratispon. dicto Frising. Episcopo vel suis procuratoribus prelibatas possessiones ad quinquaginta lib. annuatim ante instans Purificationis festum, octo diebus non curauerit assignare, aut assignatas sub sigillis sui & capituli Ratispon. & aduocati earundem possessionum, si quisquam fuerit, noluerit vel non potuerit confirmare. Ex tunc id est octo diebus ante festum Purificationis, Vlicus de Dornberch vicedñs & Canonicus Ratisponen. Vlicus de Pünchouen & Henricus de Mofdorf milites & Alhardus de Vraunhouen fidei iutores prout in manus sepedicti domini Frisingen. Episcopi, & nostras fide data vice sacramenti promiserunt apud Lantshut intrabunt obstagium, inde nullatenus exituri donec promissa singula compleantur modo debito sicut decet. In huius itaque nostri arbitrij seu promulgationis robur & perpetuam firmitatem placuit partibus presentem cedulam suorum & nostri Sigillorum monimine roborari, acta sunt hec apud Wasserburch, Anno domini M. CC. LXXI, in die beati Martini, presentibus testibus subnotatis. Emichone sancti Andree, & Henrico Mospurgen. Ecclesiarum Prepositis. Vlicio de Dornberch. Chunrado de Luppurch Ecclesie Ratisponen. Canonicis. G. de Velten. H. de Preising. F. de Vreutspersch. Ch. de Haltenberch. O. de Waldekke. Al. Schilhvaz. C. & G. fratribus de Haslang. Vlicio de Mosen. G. dicto Waller. Reinaldo de Gia. H. de porca. L. de Putelbach. S. Dapisch & alijs quam pluribus fide dignis. Nos igitur quantum ad nos pertinet de iure aduocatie in possessionibus per Dominum Ratisponensem Episcopum Frisingen. Episcopo assignatis in signum nostri consensus & ratihabitionis huiusmodi arbitrij presentes literas Sigilli nostri robore placuit communiri.

AD perpetuam rei memoriam. Nos Chunradus Dei gratia Frisingen. Episcopus, notum fieri cupimus tam presentibus quam futuris, ad quos peruenierit presens scriptum, quod nos cum capitulo nostro, quia sumus vnum corpus in Christo, nos caput, & ipsi membra, formam antiquitus à predeces-

sori-

Foribus nostris preconcepam, & hactenus obseruatam, renouare cupientes, volumus, & presentis scripti patrocinio duximus statuendum, vt homines vtriusq; sexus, qui episcopali nostre iurisdictioni qualitercunq; sunt subiecti, cum hominibus Capituli nostri cuiuscunq; sexus fuerint, aut conditionis, vel e conuerso libere matrimonia contrahere vicissim valeant & inpune. Ita quod liberi vtriusq; sexus ex huiusmodi progeniti coniunctione equaliter scribi iussimus, nostri, & capituli Sigillorum munimine roboratam. Data Frisinge Anno domini, Millesimo Ducentesimo sexagesimo octauo, quarto Kal. April.

*Not. deest
aliquid.*

II. **FRIDERICVS**] *M. S.* Fridericus de monte Alban, maioris Ecclesie Frisingen. Præpositus, eligitur Episcopus anno Domini M. CC. LXXVIII. præfuit ann. IIII. obiit anno M. CCLXXXII. VI. Idus Decembr. sepultus in Capella S. Leonardi cum tali Epithaphio.

Obiit Frisingæ Rector, Fridericus fortis vt Hector,
Transmigrans iste tua possit gaudia Christe.

III. **EMICHO**] *M. S.* Anno Domini M. CCLXXXII, Emicho Comes Syluester Frisingen. Ecclesie factus est Episcopus, vir literis humanis eloquentissimus, a quo defuncto vltimo Comite de Mospure Henricus Dux Bauariæ inferioris oppidum Mosbure in feudum recepit. Hic nimis subuenit parentelæ suæ, pro quo Capitulum eum redarguit, rexit Episcopatum annis XXIX. obiit anno Domini MCCCXI. V. Cal. Aug. in die Panthaleonis in Vienna, sepultusque in Capella SS. Gregorij martyris & Henrici Imperatoris habens hoc Epitaphium.

Cleriflos Emicho quondam, sed nunc velut Echo
Hic subterratus præsul jacet incineratus.
Vt luti testa: Deus ô requiem sibi præsta:
Parcat & examen Iusti sibi ludicis, Amen.

Anno MCCXC. Dux Ludouicus Bauariæ, & Episcopus vna cum Capitulo compromittunt ratione adificationis in monte circa Frisingen. Anno MCCXCIX. Capitulum Cathedralæ Frising testatur de domo & area Ducis Bauariæ ibidem quod nihil iuris sibi vendicabit in eis.

IIII. **GOTFRIDVS**] *M. S.* Ecclesie Frisingen. Decanus Anno Domini M. CCCXI. tricesimus Episcopus præficitur. Hic instituit duos Vicarios, qui quotidie alternatis vicibus ad altare S. Catharinæ missas legant, & vt omnibus horis Canonicis interfint, ea forma sicut Canonici S. Pauli, quam ob rem eis incorporauit Ecclesiam S. Georgij in Ciuitate. Ipse etiam Bibliothecam diligenter reparari fecit. Instituit etiam vnum Capellanum ad Capellam S. Trinitatis, Præfuit ann. IIII. obiit ann. Domini. M. CCCXV. VI. Cal. Decembr. sepultus in Capella S. Catharinæ virginis, tale habens Epitaphium.

Ter C. & vnum M. bis quini quatuor atque
Fluxerunt anni Domini de virgine nati,
Clemens agne Dei solum da requiem ei.

V. **CONRADVS III.**] *M. S.* Frisingen, Ecclesie præficitur anno Domini M. CC. CXV. Hic fuit Fundator Ecclesie Collegiate S. Iohann. Baptiste, instituendo ibidem Canonicos sex, quæ prius fundata, & partim dotata fuit per Albertum Episcopum. Item altare S. Corbiniani in crypta habet II. lib. D. de Ecclesia in Pockhorn. Hic præclarus Pontifex Decretorumque Doctor, veneno vt fertur obiit anno Domini XXII. Quarto Idus Aprilis, quæ fuit festo 2. resurrectionis Christi.

IOHAN.

IOHANNES.] *M. S. Catal.* Anno Domini MCCCXXIII. IOHANNES Doctor Decretorum Frisingen. Ecclesie præficitur XXXII. episcopus. Hic fuit translatus per Papam Ioannem XII. de Ecclesia Brixinensi in Bambergam, & de Ecclesia Bambergen. in Frisingam, & rexit V. hebdomadis, & obiit anno domini MCCCXXIV. in die Marci Euangelistæ, sepultus ante altare S. Crucis, his versibus eius sepulchro inscriptis.

Lux Decretorum Ioannes vas & honorum,

Hic est fossatus, qui bis erat hic cathedratus

Huic finem vernæ VI. Maij tribuere Calendæ.

CONRADVS IV.] *M. S.* Hic fuit de Klingenberg in Heluetia, & præficitur Frisingen. Ecclesie pastor, anno Domini MCCCXXIV. Dedit Ecclesie crucem bonam deauratam, cum gemmis pretiosis, & Mille floren. pro quibus emta sunt quinque prædia præbendæ nostræ. Comparauit etiam Ecclesie suæ Mitram Episcopalem magnæ pretiositatis, & plura alia bona. rexit annis XIII. Obiit an. Domini M. CCCXXVII. III. Non. Martij, & sepultus est in Castro *Litensfeld* prope Viennam. Post hunc reperio electum à Capitulo, fortassis absente Ioanne Leutoldum Comitem de Schaumberg. Vid. ipsius literas de anno 1343. & 49.

Anno MCCCXXV. *Cathedrale Capitulum Frisinga literis publicis profitetur, quod nolit Conradum à Klingenberg, qui se Episcopum nominat, agnoscere, quamdiu bellum inter Casarem Ludouicum & illum durauerit. Dat. Frisinga die Veneris ante S. Viti eodemq. tempore idem Capitulum cum Cas. Ludouico se confederauit.*

IOANNES II.] *M. S. Catal.* Hic fuit translatus de Ecclesia Verdensi per Benedictum PP. XII. in Frisingam, & fuit etiam optimus Medicus, & nunquam venit ad sedem istam, de qua & in extremis suis postulans se huc transferri. Obiit in Curia Romana Auentone, Anno Domini M. CCCXLIX. præfuit an. XII.

ALBERTVS.] *M. S.* Anno Domini M. CCCXLIX. Albertus Comes de Hohenberg Doctor Decretorum, Frisingen. Ecclesie præficitur Episcopus XXXV. Hic translatus est de Ecclesia Herbipolen. ad Ecclesiam Frisingen. per PP. Clementem VI. quam virtuosè & humiliter rexit annis decem, minus vno mense. curauit pretiosè ornari caput S. Alexandri PP. & Martyris. His temporibus Ludouicus Imperat. multa bella gessit contra Fridericum Ducem Austriæ, secum à * tribus electum, quem demum in bello publico cepit, & sic finem bellis dedit: excommunicatus tamè per * tres Apostolicos sibi inuicem succedentes, in qua etiam excommunicatione obiit. In huius Ludouici odium, vt opinatur, tres Apostolici, Videl. Ioannes XXII. Benedictus XII. & Clemens VI. hanc Frisingen. Ecclesiam in sua libera electione impediuerunt, & grauauerunt. Episcopus Albertus fædus iniit cum Ludouico Marchione Brandenburg. & in alijs litteris, cum cæteris Bauariæ Ducibus ad decennium. Obiit Albertus Anno Domini M. CCCLIX. die S. Marci in Episcopatu Constantien. in oppido Stein, cis Rhenum, sepultusque est in Ciuitate sua Rottenburch cis fluuium Neccari in Collegio Canoniorum S. Mauritij, quod constructum & dotatum fuit per prædictum venerandum patrem scil. Albertum Pontificem.

* falsè est hoc nomen Benedictus PP. Imp. Ludouicus nunquam excommunicauit, etiam aduersariorū testimonio

PAVLVS.] *M. S.* Hic præsul fuit plebanus in Riespach & translatus fuit de Ecclesia Gureen. ad Ecclesiam Frisingen. anno Domini M. CCCLIX. Hic recuperauit Castrum in Habersperch per censuram, Ecclesiasticam, sumptibus tamen & expensis ipsius Ecclesie. Multa etiam alia bona Ecclesie redemit & recuperauit. Huius etiam temporibus Berchtoldus de Fraunberg

Decanus maioris Ecclesie eo quod fructus & redditus Decanatus exiles & re-
nues fuerant, quod hospitalitatem & onera sibi incumbentia supportare ne-
quiuerant, obtinuit à Gregorio PP. Ecclesiam in Aufkirchen eidem incorpora-
ri: idcirco Decanus debet personaliter residere Frisingæ, & nullam aliam Eccle-
siam possidere. Datum. Auinioni VIII. Id. Aprilis, An. Pontif. III. similiter
ab eodem Papa anno Dom. M. CCCLXXV. N. Præpositus, vt possit hospi-
talitatem sectari Ecclesiam S. Ioannis in Stainkirchen in prædicta forma impe-
trauit. Idem hic Paulus Episcopus priuilegiauit suos Ciues Frisingen. multis v-
rilib. priuilegijs, inter cætera, vt nullus ciuium quicquam vendat extrâ steu-
ram, & extrâ onera alia ciuitati incumbentia, sub pœnis in priuilegio desuper
confecto contentis. Rexit Ecclesiam an. XVIII. Obiit An. Dñi MCCCLXXVII.
in die Apollinaris Episcopi & martyris.

*Hic Episcopus Paulus ex commissione apostolica Innocentij PP. VI. Ludouicum
Marchionem Brandenburg. Bauaria Ducem, Ludouici Imp. IV. filium à Margaretha
Carinthia & Tyrolis Principe dicta Mautsach separauit, & per dispensationem de nouo
datam legitimo matrimonio conianxit, sicut ex literis Apostolicis & processu executiuo ali-
bi productis constat.*

uu. **LEOPOLDVS.]** M. S. Leopoldus creatur Episcopus Anno Domini
M. CCCLXXVIII. Hic in aduentu suo donauit Ecclesie Frisingen. bonum
calicem & duos libros matutinales valoris CC. florenor. & plura alia beneficia
eidem impendit; præfuit ann. III. Obiit in Lack. delapsus ex ponte à se ædifi-
cato in aquam, in die S. Osvaldi, An. Dom. M. CCCLXXXI. sepultus ibid. in
monasterio monialium. S. Virginis, diœces. Aquilegien. In huius procuracione
oriebatur schisma in Curia Romana, in electione summi Pontificis, ita quod duo
eligerentur, primò Urbanus VI. qui instituit festum Visitationis B. Mariæ Vir-
ginis, & confirmauit Wenceslaum Regem Bohemiar in Regem Romanorum,
deinde electus est à Cardinalib. Clemens VI. qui cum Cardinalibus transiit
Auinionem, cui obediebat Rex Franciæ, quod Schisma durauit annis pluribus
vsque in Concilium Constantiense.

xx. **BERCHTOLDVS.]** M. S. Anno Domini M. CCCLXXXI. Berchtoldus de WÄHING Frisingen. Ecclesie præficitur Episcopus XXXVIII. Hic
fuit primus Magister in artibus in studio Viennensi promotus: ideò singulis col-
legiatis eiusdem studij quatuor libras denariorum Viennensium annuatim in
perpetuum pro animæ suæ remedio, & studij præfati augmento & conseruatione
donauit. Hic oppida & Castra Ecclesie Frisingen. multa reformauit: nam vil-
lam Enzendorff circumdedit muro. In Hohenburg magnam partem castri con-
struxit, quod ex suo nomine Berchtoldstein vsque in hodiernum diem nomina-
tur. In castro oppidi Waidhouen turrem cum nouem testudinibus construxit,
& fossatum ibidem ciuitatis fecit. Similiter in WELS, castrum ROTENFELS
in muro & alijs ædificijs reformauit. Lack ciuitatem & arcem muris & fossis cir-
cumdedit. Item in Carniola Marchia castra Klingenfels, & Preiseck, muris
optimis, & in Castro * Frifs. fossaturas reformauit. Hic Berchtoldus Iudicem
Frisingen. nomine N. Meyman in foro ciuitatis decollauit, & seruum eiusdem
in quatuor partes scindi fecit, propter traditionem, quam Ludouico Duci se-
niori Ingolstadij facere moliebantur. Nam idem Dux cupiditate ductus, in no-
cte Natiuitatis Domini Ecclesiam Frisingen. suis clenodijs despoliare voluit, sed
diuina virtute impeditus fuit, cum enim armata manu versus Frisingam prope-
raret, suis quatuor campi ductorib. videbatur, quod hastæ eorum arderent:
& ipsi quoque cæcati in via errantes, orto die, apud portam Ingolstadij inuenti
sunt. Quamobrem præfatus Dux B. & Comes de Mortanio, confusus ad cor re-
dians

*Holen-
burg.)*

Frisingen

diens, respicerebat, & votum vouit Deo & B. Mariæ, quod cunctis diebus vitæ suæ nunquam contra prædictam Ecclesiam Frisingen. quicquam facere vellet. In cuius signum imaginem argenteam secundum personam suam formatam, Ecclesiæ B. Mariæ & S. Corbiniani Frisingæ donauit; quam imaginem postea Anno Domini M. CCCCL. Dominus Wigislaus Rorvveck Canonicus & Custos ^{Wigislaus} Ecclesiæ Frisingen. destruxit, & cum huiusmodi & alio argento caput S. Sigismundi martyris fecit. Prædictus etiam Berchtoldus valde pretiosam Insulam Pontificalem comparauit, quam Ecclesiæ suæ relinquere intendebat: sed cum in Austria defunctus esset coram consanguineis suis, ipsi eandem sibi vsurpauerunt; & Monasterio in Melick pro quatuor millibus & CC. floren. Vngaricis vendiderunt. Seditan. XXX. Obiit anno Domini MCCCCX. in vig. Natiuitatis B. Mariæ Virginis in Neuburg claustrali & ibidem sepultus est. Dedit ad Ecclesiam Frisingen. C. floren. pro anniuersario, & pretiosum ornatum de perlis, in valore CCC. florenorum.

Anno MCCC XCIV. Episcopi Berchtoldi confederatio cum Ducibus Bawaria, data litera Monaci, die Martis post Pentecost. Idem Episcopus sequenti anno XCV. promittit auxillium Ducibus Bawaria Ioanni & Ernesto contra quoscunque. Dat. Obernperg in die S. Iohannis ante portam Latinam.

Sub electionem Episcopi Berchtoldi, durante vt videtur inter Pontifico, orta fuit litis inter Præpositum, Decanum & Capitulum Cathedral. Ecclesiæ Frisingen ex vna; & Ottonem à Pienzenau seniore, huiusq. filium, propter filij fratrisq. horum, Ludouici Canonici Frisingen. defuncti domum siue Curiam dictam Scheneck Frisingæ in monte sitam. Cuius litis causâ prædicti Præpositus, Decanus & Capitulum supplices adierunt Ducem Bawaria Stephanum tanquam illorum supremum aduocatam, (Obristen Castenuogt) & impetrarunt ab illo literas ad omnes illius officiales ac ministros, huius tenoris, vt ne utiquam permittant Præpositum & Canonicos ab ullo homine respectu præmemoratae controuersie contrâ ius grauari. Extant literæ in originali, datæ Landsbutæ, die lune post natiuitatem B. Virginis, Ann. M. CCCL. XI.

DEGENHARDVS.] Hoc omisso in M. S. ponitur: CONRADVS V. anno yy. Domini M. CCCCX. obtinuit Episcopatum, licet Degenhardus Weixer Canonicus & Scholasticus maioris Ecclesiæ, & Mospurgen. Præpositus electus fuit in Episcopum, tamen contra eum preualuit prædictus Conradus Episcopus Gurcen. tempore Papæ Ioannis XXIII. & Degenhardus contentus fuit cum Granario Castri Frisingen. ad dies vitæ suæ: de quo dedit Conrado Episcopo & successori suo annuatim tamen VI. libras denariorum. Hic Conradus nunquam venit ad sedem Frisingen. quia vno anno tantum, vel paulo plus tenuit Ecclesiam hanc, & vltimate concordatus fuit cum Ciuib. Frisingen. in Lack, quorum duo missi fuerunt ad eum ad faciendum sibi Homagium: quibus Conradus Episcopus Steuram Episcopalem D. florenor. Rhenen. remisit: & ipsis adhuc præsentibus occiditur à Cubicularijs suis in Lack: propter pecuniam, quinque Milium Ducatorum, quam secum habuit: sepultus fuit primò in horto apud arcem Lack. & post annos XXI. h. e. anno Dñi M. CCCXXXIII. monitu Eugenij PP. IV. Cancellarij, à Nicodemo Episcopo exhumatus, cum processione sollenni Clericorum & populi in parochialem Ecclesiam Laack fuit translatus.

HERMANNVS.] M. S. Catal. Hermannus filius Comitis de Cilia, ZZ. Frisingensi Ecclesiæ præficietur Episcopus XL. Anno Domini M. CCCCXII. per PP. Ioannem XXIII. Hic comparauit II. libr. XXVI. denar. de quadam. Curia in Alarun ad lumen. S. Corbiniani in crypta. Frisingen.

& plura alia bona fecit, seditque annis IX. huius temporibus celebratum fuit magnum Concilium Constantiense, in quo combusti sunt M. Iohannes Huf, & Hieronymus de Praga. In eodem Concilio tribus PP. videl. Ioanne XXIII, Gregorio XII, & Benedicto XIII. depositis, Martinus V. Electus est. Hic Hermannus erat homo iuuenis, sed habuit fracturam in intestinis & scetus moriebatur in scissura Anno Domini M. CCCCXXI. in Cilia, in crastino S. Lucie Virginis.

aaa. IOANNES III] M. S. hunc, (de quo tamen infra in Diplomate. Concil. Basiliens. plura,) non ponit in numero Episcoporum, sed sic refert: NICODEMVS DE Scala, Episcopus XLI. Anno Domini M. CCCCXXII. Ioannes Grünvvalder, filius Ducis Ioannis de Monaco, Decretorum Doctor, & Vicarius Frisingen. ad Episcopatum postulatus fuit; sed eo quod minor annis erat. Nicodemus de Scala Dominus Veronensis per Papam Martinum V. qui præfatam postulationem annullauit; per Henricum Ducem Bauariæ Episcopatum Frisingen. Ecclesie & possessionem obtinuit. Et præfatus Ioan: Grünvvalder cum annuali pensatione CC. florenorum Rhen: de Vicariatu per Nicodemum contentatus fuit. Hic Nicodemus redemit infra quatuor annos Castrum Klingenfels, & Preiseck pro duob. millib. Ducatorum. Item ab eo Henricus Dux Bauariæ oppidum Mosburg in feudum recepit. Hic Ecclesiam multis Clendijs decorauit: & inter alia dedit eidem Insulam pretiosam, & casulas plures pretiosas: item pastorale cum lapide pretioso Antatisto. Item, brachium Bariblinum & calicem vnum magnum, & tabulam summi altaris comparauit in valore M & CCC. flor. Rhen. Item dedit ad hanc sedem thesaurum magnum, scilicet imaginem gloriosæ Virginis Mariæ, quam S. Lucas Euangelista proprijs manibus elaborauit, quæ prius donata fuit per Imperatorem Constantinopolitanum Domino Ioanni Galatz, deinde Duci Mediolanen. post eius mortem deuenit ad manus cuiusdam Comitissæ Angliæ: postea post multos annos pro maximo donario Magnifico domino Bromara de la Scala est propinata: qui eandem imaginem ob reuerentiam eius fratris Episcopi huius Sedis scilicet Nicodemi ad hanc Ecclesiam dedit. Qui venerabilis pater omnibus in ostensione imaginis gloriosæ Virginis in festiuitatib. Annunciationis, Assumptionis, Natiuitatis, Purificationis personaliter deuotè præsentib. XL. dies indulgentiarum de pænitentijs misericordialiter relaxauit. Quas indulgentias & Dn. Ioannes de Grünvvald Episcopus confirmauit. Hic præclarus & memoriæ dignus Pontifex Nicodemus laudabiliter & bene rexit Ecclesiam annis XX. Et obiit Viennæ An. Domini M. CCCCXLIII. ibidem in monasterio Augusten. quod vnâ cum fratribus de la Scala vineis & ornamentis pluribus ditauerat, ante altare S. Crucis sepultus.

f. Amethi-
fo

SACROSANCTA Generalis Synodus Basiliensis in Spiritu Sancto legitime congregata vniuersalem Ecclesiam repræsentans. Ad futuram rei memoriam &c. Vniuersalis Ecclesie prouidentia circumspecta ad ea sollicitudine per uigili libenter intendit quæ pro sedandis litibus & iurgijs præsertim inter illos, quos Dominus tanquam præcipuas & sublimes Ecclesie Romanæ columnas prærogatiua exaltauit honoris, ac alios Ecclesiarum Prælatos quomodolibet subortis, nec non pacis & concordie bono inter eosdem propagando expedire cognoscit, & ad hoc etiam opem & operam impendit efficaces. Exhibita siquidem nobis pro parte venerabilis Nichodemi Episcopi & dilecti Ecclesie filij Ioannis Symonis, Canonici Frisingensis petitio continebat, quod cum

cum inter dilectum Ecclesie filium Joannem et Sancti Martini in montibus sanctae Romanae Ecclesiae presbyterum Cardinalem & praefatum Episcopum primo super eo quod idem Episcopus olim ad Ecclesiam Frisingensem promotus ex laudo & ordinatione bonae memoriae Eberhardi Archiepiscopi Salzeburgensis pro bono pacis & concordiae inter ipsos Cardinalem tunc in iunioribus constitutum & Episcopum factis ipsum Cardinalem, quem tunc etiam in eisdem iunioribus constitutum, in suum irrevocabilem in Spiritualibus vicarium cum potestate conferendi beneficia certi annui valoris, atque levandi Cathedralicum constituerat, ac illi annuam pensionem ducentorum florenorum Hungaricalium super fructibus dictae Ecclesiae donec ad Episcopalem, aut aliam pinguem dignitatem promotus foret, persolvendam assignauerat, postmodum ipsum Cardinalem post eius assumptionem ad huiusmodi Cardinalatus dignitatem, a Vicariatu & perceptione cathedralici excludendo ac a solutione pensionis huiusmodi cessando, dilectum Ecclesiae filium Joannem Symonis presbyterum, Licentiatum in decretis in suum in Spiritualibus vicarium receperat, & ex aduerso pro parte eiusdem Cardinalis dilectus Ecclesiae filius Ioannes Tulbeck etiam in decretis Licentiatum vigore certarum literarum a nobis emanatarum vicarius generalis pro eodem Cardinali in dicto vicariatu deputatus fuerat, diuersae apud nos, & sedem Apostolicam lites & controuersiae subortae fuissent, & deinde in causa per ipsum Cardinalem Nichodemum Episcopo & Joanni Symonis praefatis propterea mota quodam monitorio contra ipsum Episcopum emisso & in causa huiusmodi subsequenter ad nonnullos actus iudiciales processu, ac contra praefatum Joannem Symonis quadam citatione poenali ad partes decreta, inibique executi, & demum sententia declaratoria poenarum, decretorum, nostrarum, videlicet ut sacri & ambrosiorumque priuationis quibusdam suis beneficijs, scilicet canonicatu & praebenda maioris & praepositura Sancti Ioannis Frisingen. de mandato Sanctissimi Felicis PP. V. lata, idem Felix PP. tunc praemissis litibus, dissensionibus, & differentijs occurrere, omnemque litium & scandalorum materiam amputare cupiens, de consilio & assensu Venerabilium sanctae Romanae Cardinalium, ex certa scientia, & Apostolicae potestatis plenitudine quaslibet lites per praefatum Cardinalem, contra Nichodemum Episcopum ac etiam ipsum Cardinalem, seu dilectum Ecclesiae filium Fridericum Hamerl Clericum Frisingen. diocesis, aut quoscunque alios contra Joannem Symonis praefatos, tam super beneficijs quam alijs praemissis, & eorum occasione quomodolibet motas, etiam si in causis ipsis aliqua interlocutoriae aut definitivae sententiae latae extitissent, nec non super Vicarij institutione seu mandato de instituendo ac etiam conferendo beneficia, seu de illis providendo penitus pro non factis, nullis & cassis haberi voluit, demum quoque Cardinalem & Episcopum praefatos de eorum consensu ad certam concordiam reduxit, prout in capitulis, ac ipsius Felicis PP. literis desuper confectis plenius continetur, & subsequenter pro parte eorundem Episcopi & Joannis Symonis nobis humiliter supplicato, quatenus concordiam huiusmodi cum omnibus & singulis suis conditionibus & cautelis, additionibus, capitulis & modificationibus alijsque inibi contentis & inde secutis pro illorum subsistentia firmiori rata & grata habere, illaque auctoritate yniuersalis Ecclesiae etiam ex certa scientia, & de plenitudine potestatis cum suppletionem defectuum, si qui in eisdem interuenissent, confirmare & approbare, nec non eisdem Episcopum & Joannem Symonis

à quibuscunque sententijs censuris Ecclesiasticis atque pœnis, si quas occasione præmissorum, vel ex eo, quod ipsi ad Gabrielem de Condulmaro olim Eugenij PP. IV. post ipsius ab administratione Papatu per nos autoritate eiusdem vniuersalis Ecclesiæ factam suspensionem & depositionem contra decreta nostra appellarunt vel eidem Gabrieli suspenso & deposito obediuerunt quomodolibet incurrisissent absoluerent, & super illis rehabilitare, omnes quoque concessionem & mandata de instituendo aliquem in dicto vicariatu nec non conferendo beneficia, & de illis prouidendo, videlicet de canonicatu & præbenda ac præpositura prædictis eidem Friderico, nec non dilecto Ecclesiæ filio Nicolao Slegel Clerico Patauien. diœcesis de altari Sancti Leonhardi sito in Ecclesia Frisingensi, quæ dictus Ioannes Symonis tunc temporis possidebat prout possidet, ac etiam omnia & singula alia per Cardinalem & Fridericum contra Episcopum & Ioannem Symonis prædictos quomodolibet attemptata in nouata & facta nulla & irrita fuisse & esse, nullumque effectum sortiri debuisse & debere decernere & declarare, eaque de Registris supplicationum Bullarum & causarum deleri & cassari mandare, & insuper etiam omnes & singulas causas, lites, & quæstiones inter Cardinalem & Episcopum, nec non Ioannem, Symonis & Fridericum ac Nicolaum Slegel prædictos, iudicium etiam nomina & causarum status pro expressis habendo, etiam si in causis ipsis definitiua vel interlocutoriæ sententiæ lata, & litteræ executoriales desuper expeditæ essent, ad nos aduocare & penitus extinguere, ipsosque Episcopum & Ioannem, Symonis in statu pristino, in quo videlicet ante attemptata huiusmodi fuerant restituere, & aliàs tranquillitati & quieti partium hinc inde salubriter prouidere ex vniuersalis Ecclesiæ clementia dignemur. præfato Cardinali ex aduerso replicante eundem Episcopum quandam concordiam per dictum sanctissimum Felicem PP. V. inter eos aliàs desuper præmissis factam iuxta capitula in ea contenta non obseruasse neque adimpleuisse, seu illi satisfecisse, & propterea etiam omnia ad statum pristinum, in quo etiam partes ipsæ hinc inde ante dictam concordiam fuerunt, reduci & restitui postulante. Nos igitur attendentes, quod cum sanctæ Roman. E. Cardinales, qui in supportando vniuersalis & Romanæ Ecclesiæ regimine vna nobiscum & præfato Sanctissimo Felice PP. V. iugi sarcina onera perferre, ac ipsarum Ecclesiarum Prælatos, qui etiam huiusmodi suarum Ecclesiarum quibus præditi sunt, curis intendere habent, deceat ab omni iudiciorum strepitu esse quietos, ac cupientes super his prout nostræ vocationis incumbit officio ea salubris prouisionis adhibere remedia, per quæ quibusuis dissensionum ac iurgiorum amputatis materijs pax & tranquillitas valeant præstante Domino iugiter proeurari. Hinc est quod matura super his inter nos deliberatione præhabita omnes dissensionum, iurgiorum, quæstionum, & differentiarum, huiusmodi materias tam inter Cardinalem & Episcopum, quam inter eundem Cardinalem, Fridericum Hamerl, & Ioannem Symonis, ac Nicolaum Slegel prædictos communiter & diuisim in alterutrum super omnibus & singulis præmissis, & eorum occasione vnâ cum omnibus alijs ab illis emergentibus, incidentibus, dependentibus & connexis in iudicium deductis & non deductis quomodolibet subortas & suscitatas, vel quæ suboriri & suscitari possent, quoquomodo sub spe pacis & concordie amicabilis, aut remedio iustitiæ terminandas & sopiendas, autoritate vniuersalis Ecclesiæ suspendentes, ac lites & causas huiusmodi super illis apud nos quomodolibet indecisas pendentes, quarum etiam litterarum & causarum status, nec non iudicium, & commissariorum, coram quibus illæ pendere noscuntur nomina & cognomina presentibus pro suffici-

enter

enter expressis haberi volumus ab eisdem iudicibus siue commissarijs ad nos harum serie literarum aduocantes. negotium dissensionum, iurgiorum, questionum & differentiarum huiusmodi ad prefatum sanctissimum Felicem PP. vt ipse partes ipsas concordet, & pacem inter eas ponat, ac alias disponat, ordinet ac expediat, prout suæ sanctitati melius expedire videbitur auctoritate eiusdem vniuersalis Ecclesiæ totaliter remittimus per præsentem. Nullo ergo omnino homini liceat hanc paginam nostræ auocationis & remissionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & vniuersalis Ecclesiæ se noverit incursurum. Data Basileæ Calendas Iunij. Anno à Natiuitate Domini Millesimo quadringentesimo quadragesimo secundo.

Sacro sancta generalis Synodus Basiliensis in Spiritu sancto legitime congregata vniuersalem Ecclesiam repræsentans dilecto Ecclesiæ filio Gisperto electo Segobricen. causarum audientiæ nostræ Iudici salutem & omnipotentis Dei benedictionem, dum exquisitam dilectissimi Ecclesiæ filij Ioannis sancti Martini in montibus sanctæ Romanæ Ecclesiæ presbyteri Cardinalis de Bauaria vulgariter nuncupati circumspeditionis industriam diligenter attendimus, & debita consideratione pensamus, quod ipse vniuersalem Ecclesiam suorum honorat magnitudine meritorum, dignum reputamus & debitum vt ipsam sibi reperiat in exhibitione gratiarum munificam & in suis oportunitatibus liberalem. Exhibita siquidem nobis pro parte dicti Cardinalis petitio continebat, quod orta dudum inter eum & dilectum Ecclesiæ filium Vlricum Nustorfer, qui se gerit pro clerico Salzburgen. diocesis super præpositura Ecclesiæ Frisingensis, quæ inibi dignitas post pontificalem maior existit, & ad quam consuevit quis per electionem assumi, quamquam tunc per obitum quondam Nicolai Gumpenberger ipsius Ecclesiæ præpositi extra Romanam Curiam defuncti vacantem Ioannis Cardinalis sibi per eum quoad viueret tenendam, regendam, & etiam gubernandam per dilectissimum Ecclesiæ filium Alexandrum sancti Laurentij in Damaso etiam dictæ Romanæ Ecclesiæ presbyterum Cardinalem Aquilegiensem vulgariter nuncupatum, nostrum tunc per partes illas legatum de latere legationis primo, & deinde nostra sub certis modo & forma commendatum, seque prioris commendæ huiusmodi vigore dictam præposituram assecutum & insuper Apostolica auctoritatibus de nouo etiam sub certa forma sibi collatam, & de ea prouisum fuisse, nec non prefatum Vlricum commendæ & assecutioni, nec non collationi, & prouisioni huiusmodi contra iustitiam opposuisse & opponere, nec non impediuisse & impedire, ac fecisse & facere, quo minus idem Ioannes Cardinalis eandem præposituram possit pacifice possidere, Vlricus vero predictus ad præposituram prædictam se electum illamque ad se de iure spectare asserunt prout asserunt materia quæstionis. Nos causam huiusmodi non obstante quod ad Romanam curiam legitime deuoluta, seu in ea de iuris necessitate tractanda vel etiam finienda nõ esset tibi ad dicti Ioannis Cardinalis instantiam audiendam comissimus & sine debito terminandam, tunc in ea citationem in partibus nondum executioni demandatam diceris decreuisse, cum autem sicut eadem petitio subiungebat à nonnullis asseratur neutri Ioannis Cardinalis & Vlrici predictorum in dicta præpositura vel ad eam ius competere. Nos statum causæ huiusmodi nec non omnium & singulorum dignitatum, personatum, administrationum, officiorum, canonicatum & præbendarum ac aliorum beneficiorum Ecclesiasticorum, quæ ipse Ioannes Cardinalis obtinet & expectat, ac in quibus & ad quæ ius sibi quomo-

dolibet competit, quæcunque & qualiacunque existant nomina & cognomi-
 na, eorumque fructuum, reddituum, & prouentuum veros valores, nec non
 etiam quarumcunque pensionum, quas super quibuscunque Ecclesijs, Mona-
 sterijs, & beneficijs Ecclesiasticis eorumue mensis ac fructibus, redditibus ac
 prouentibus percipit quantitates, nec non quascunque etiam de quocunque
 & quibuscunque beneficijs Ecclesiasticis curatis, seu alias incompatilibus
 quomodolibet eidem Ioanni Cardinali concessas dispensationes presentibus
 pro sufficienter expressis habentes ac volentes eidem Ioanni Cardinali, vt iux-
 ta suæ dignitatis decentiam & suorum exigentiam meritorum statum suum,
 commodius tenere, ac incumbentia sibi onera facilius supportare valeat de ali-
 cuius subuentionis auxilio prouidere, nec non gratiam facere specialem di-
 scretionis tuæ per hæc scripta mandamus quatenus si per euentum litis huius-
 modi postquam ipsa coram te legitime introducta fuerit, tibi constiterit neutri
 eorundem Ioannis Cardinalis & Vlrici dicta præpositura, vel ad eam ius com-
 petere, præposituram prædictam, cui cura imminet animarum & quæ per-
 sonalem residentiam requirit, & cuius fructus, redditus & prouentus quin-
 quaginta Marcharum, argenti secundum communem estimationem valo-
 rem annum vt idem Ioannes Cardinalis asserit, non excedunt siue adhuc
 per obitum ipsius Nicolai Gumpenberger vt præmittitur, aut electionem nul-
 lam, vel alias inualidam de ipso Vlrico factam, vel ex eo, quod ipse Vlri-
 cus electioni huiusmodi infra tempus à iure statutum consensum præbere
 distulerit, seu recusauerit, siue alias quouis modo aut ex alterius cuiuscun-
 que persona, seu per liberam alicuius de illa indicta Curta, vel extra eam
 etiam coram Notario publico & testibus sponte factam resignationem, aut
 constitutionem Felicis recordationis Ioannis Papæ XXII. quæ incipit
 execrabilis, vacet, etiamsi tanto tempore vacauerit, quod eius collatio iuxta
 Lateranen. Statuta consilij ad sedem Apostolicam legitime deuoluta, ip-
 saque præpositura dispositioni Apostolicæ quomodolibet reseruata exis-
 tat, & super ea inter aliquos alios lis, cuius etiam statum presentibus ha-
 beri volumus pro expresso pendeat indecisa, dummodo tempore Dat. pre-
 sentium non sit in ea alicui specialiter ius quæsitum cum omnibus iuribus
 & pertinentijs suis eidem Ioanni Cardinali per eum quoad vixerit vna
 cum alijs dignitatibus, personatibus, administrationibus, officijs, nec non
 Canonicatibus, & præbendis, commendis, alijsque beneficijs Ecclesie-
 sticis ac pensionibus suprascriptis tenendam, regendam & etiam gubernan-
 dam auctoritate nostra in commendam concedas. Ita quod ipse Ioannes
 Cardinalis fructus, redditus & prouentus, aliaque iura & emolumenta ra-
 tione dictæ præposituræ obuentionia quoad vixerit percipere & retinere,
 ac in suos & eiusdem præposituræ vsus & vtilitatem conuertere, nec non
 alias de illis disponere & ordinare libere possit & valeat sicuti ipsius Eccle-
 siæ præpositi, qui fuerunt pro tempore de illis disponere siue ordinare po-
 tuerunt seu etiam debuerunt, alienatione tamen bonorum immobilium,
 & preciosorum mobilium eiusdem præposituræ dicto Ioanni Cardina-
 li penitus interdicta, inducens per te, vel alium, seu alios eundem Ioan-
 nem Cardinalem vel procuratorem suum eius nomine in corporalem posses-
 sionem præposituræ iuriumque, & pertinentiarum prædictorum, & de-
 fendens inductum amoto exinde quolibet illicito detentore, ac faciens
 ipsum Ioannem Cardinalem, vel dictum procuratorem pro eo ad præ-
 posituram huiusmodi, vt est moris admitti, sibi que de illius fructibus, red-

redditis, prouentibus, iuribus & obuentionibus vniuersis integre responderi, contradictores auctoritate nostra appellatione postposita compescendo. Non obstantibus pia memoria Bonifacii Papae VIII. & alijs Apostolicis constitutionibus, nec non illis praesertim, quibus caueri dicitur, quod praefatam praeposituram obtinens, non debeat cum illa extra eandem Ecclesiam aliquod aliud beneficium Ecclesiasticum obtinere, & quibusuis alijs dictae Ecclesiae statutis & consuetudinibus etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quacunque firmitate alia roboratis contrarijs quibuscuque, aut si aliqui super prouisionibus siue commendis sibi faciendis de dignitatibus ipsius Ecclesiae Frisingen. ac huiusmodi speciales, vel alijs beneficijs Ecclesiasticis in illis partibus generales dictae sedis, vel legatorum eius litteras impetrarint, etiam si per eas ad inhibitionem, reservationem, & decretum, vel alias quomodolibet sit processum, quibus omnibus praefatum Ioannem Cardinalem in assecutione dictae Praepositurae volumus anteferri, sed nullum per hoc eis, quoad assecutionem dignitatum aut beneficiorum aliorum praerudicium generari, seu si venerabili Episcopo, & dilectis Ecclesiae filiis Capitulo Frisingen. seu quibusuis alijs communiter, vel diuisim quomodolibet indultum existat, quod ad receptionem, vel prouisionem alicuius minime teneantur & ad id compelli, aut quod interdicti, suspendi, vel excommunicari non possint, quodque de dignitatibus ipsius Ecclesiae ac huiusmodi, vel alijs beneficijs Ecclesiasticis ad eorum collationem, prouisionem, praesentationem, electionem, seu quamuis aliam dispositionem coniunctim vel separatim spectantibus nulli valeat prouideri per litteras non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem, & qualibet alia indulgentia generali, vel speciali cuiuscunque tenoris existat, per quam praesentibus non expressam, vel totaliter non insertam effectus huiusmodi gratiae impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de qua cuiusque toto tenore habenda sit in nostris litteris mentio specialis, aut si praefatus Ioannes Cardinalis praesens non fuerit, ad praestandum de obseruandis statutis & consuetudinibus dictae Ecclesiae Frisingen. solitum ratione praepositurae predictae iuramentum, dummodo in absentia sua per procuratorem idoneum & cum ad Ecclesiam ipsam accesserit corporaliter illud praestet. Nos enim ex nunc irritum decernimus, & inane si secus super his a quoquam quauis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari. Datae Basileae III. Non Iulij. Anno a Natiuitate Domini Millesimo quadringentesimo quadragesimo tertio.

IOANNES III.] *M. S. Catal.* Anno Domini M. CCCCXLIII. Ioannes Grünvalder Decretorum Doctor ac Magnus Theologus, atque Felicis presbiter Cardinalis, post obitum Nicodemi per Capitulum Frisingen. summa concordia electus & postulatus, qui certis ex causis, maxime propter Concilij Basilien. dissolutionem & felicis cessionem Cardinalatui renunciauit. Hic per Fridericum III. Romanorum Regem habuit aduersarium intrusum quendam Henricum Schlik, qui ausu temerario sibi castra Ecclesiae Frisingensis in Aultria, Styria & Carniola usurpauit, & vsque ad finem litis iniuste possedit: contra censuram & sententias sacri Basilien. Concilij. contra eundem inuasorem Henricum promulgatas. Qui Henricus tandem post disceptationem quasi septem annorum, non sine magnis expensis Ecclesiae Frisingen. sic contentatus fuit, quod oppidum Welz, cum castro Rottenuels ad dies vitae suae possideret. Hic Ioannes Episcopus castra & dominia Waidhouen, Burgkrain, & Comitatum Werdenfels impignorata redemit, licet expensis Ecclesiae aliunde impignoratis. Ipse etiam proprijs expensis Curiam Künghthal prope Monacum

bbb.

In praecedentibus litteris Concilij Basilien. hic Ioannes appellatur S. Martini in montib. S. R. Ecclesiae presbyter Cardinalis de Bauaria

cum

cum piscinis octo circumiacentibus comparauit. Hic multa bona facere incepit, & cleri religionem, & cuncta in meliorem statum reducere proposuit: sed heu post multas tribulationes & vexationes Viennæ morte inopinata præuentus est. Et quia populum & ciuitatem Frisingen. semper dilexerat, & inter Alemanniæ Pontifices, vt flos effulserat, corpus eius cum honore, vt ipse uiuens ordinauerat, ad Frisingam allatum est, & in medio Ecclesiæ sepultum. Lapis quoque sepulturæ eius in Capella S. Thomæ erectus est, cum tali Epitaphio insculptus.

Anno Domini MCCCCLII. Obiit Reuerendus Pater & Dominus D. Ioannes huius Ecclesiæ Episcopus, secunda die mensis Decembr. Rexit q̄ hic egregius Præsul. X. ann.

Huius Episcopi Ioannis Titulū in literis vetustis & diplomatis que ipse concessit talem reperi: *Wir Johannes Grünenwald von Gottes gnaden der H. Römischen Kirchen Cardinal/ vnd Bischoff zu Freysing u. Item: Wir Johannes von Gottes gnaden/ der H. Römischen Kirchen Cardinal/ vnd Bischoff zu Freysing u. Geschehen in Freysing/ am Montag nach S. Jacobs tag/ Anno 1446.*

ccc.

*IOHANNES IV. J. M. S. Anno Domini MCCCCLIII. Ioannes Tulbeck Decretorum Licentiatu, Canonicus maioris Ecclesiæ, Præpositus S. Viti & plebanus B. Mariæ virginis in & de Monaco, canonicè à Capitulo & concorditer electus eidem Ecclesiæ præfictur Episcopus. Hic moderatam curiam habuit & pacificè Episcopatum cum fauore Principum rexit, & castrum Thulmerfelden, quod antecessor eius impignorauit à Weidecher redemit. Item vineas in der Mauur vocatas à viro nobili Seifenecker pro MDCCC. lib. denar. comparauit. Et omnia debita Episcopatus in integrum & plenariè exoluit. Ipse habuit inimicum capitalem, nomine Guolphgangum Mülzel de Arding, qui multa damna Ecclesiæ & clero intulit, quem tandem famuli sui captiuauerunt, & post paxillum pœnam scelerum suorum in Monaco capitis decollatione exoluit. Similiter & complices eius, quorum viginti diuersis locis morti adiudicati sunt, è quibus vnus voluntariè veniens, ad pedes Episcopi prouolutus, licet incarceratus, tamen misericordiam, quam petebat, impetrauit. Ea tempestate oppidum Hollaburgk in Austria ab Ecclesia Frisingen. per quosdam iniquos in vnum corpus tyrannicum congregatos, alienatum est, ita quod ad manus Friderici Romanorum Imp. per captionem deuenit, & post multos annos idem oppidum per Sixtum Frisingen. Pontificem difficulter recuperatum & liberatum est. Item præfatus Præsul Ioannes ex mandato Domini Papæ Pauli II. Anno Domini M. CCCCLXVI. fratres minores in Landshut, ad instantiam Ducis Ludouici propter eorum dissolutam vitam expulit, & alij de obseruantia fratres introducti. Huius tempore venerabilis Dominus Vdalricus Kemmater Canonicus & Custos Ecclesiæ maioris castrū Tannern distum, quod sibi pro maiori parte paterno ex iure contigerat, ad Episcopatum perpetuis temporibus ob animæ suæ & progenitorum suorum remedium donauit. Item anno Domini M. CCCCLXXIII. *Imdürren Sommer*/ immanissimi Turci tempore æstiuo Selauoniam & Carinthiam ingressi, forum Ecclesiæ Gurnberde obsederunt; & duabus Sturmis perditis, tertiam Turci obtinuerunt, & multos in eo Christianos necauerunt, aliosque captiuos abduxerunt: sic similiter sequentibus annis fecerunt. Hic venerabilis pater, rexit XXI. annis & tunc propter diuersa grauamina, & propter quietem animi resignauit venerabili Canonico suo Sixto Tannberger: tandem obiit Anno Domini M. CCCCLXXVI. X. die Maij, & sepultus est Monæi in Ecclesia B. Mariæ virginis ibid. vbi & pastor fuerat, missam que fundauerat.*

six.

ddd.

SIXTUS] M. S. Catal. Anno Domini M. CCCCLXXIII, Sixtus Tannberger Cancellarius prædecessoris sui, atque iuris Pontificij sollemnis Doctor, per consensum totius Capituli Frisingen, acceptavit à Ioanne Episcopo Episcopatum Frisingen. qui anno sequenti XVI. Kal. Februarij confirmatus fuit, & in festo Paschæ immediate sequenti per suum auunculum Bernardum Archiepiscopum Salisburgen. in Episcopum ibidem consecratus est: cui Fredericus Augustus feria Pentecostes in ciuitate Augusten. feudalia seu regalia, vt moris & iuris est, concessit. Hic pontificali honore adepto, quantæ honestatis ad omnes homines fuerit, vix effari potest. In cultu etiam diuino assiduus, in cuius augmentum XII. Chorales instituit, & regentibus in choro XX. floren. Rhen. & cuilibet Choralibus XIII. flor. Rhen. annuatim: pro quod tria millia florenor. Rhenens. Capitulo dedit. Item Ecclesiam Cathedralem restituit, & in multis alijs eandem decorauit. Hic inter omnes Germaniæ Episcopos nominatissimus fuit, & libertatem ac honorem Ecclesiæ suæ in omnibus tutauit, ac seruauit. Castrum etiam Frisingen. multum meliorauit & muniuit: montem enim per circuitum muro eminente cinxit, & turribus perpulchris muniuit An. Domini M. CCCCLXXIX, Castrum Hollenburck cum attinentijs ab Ecclesia Frisingen. alienatum, post longam instantiam ab Imp. Friderico pro M. D. Florenor. Rhen. redemit & recuperauit. Ipse etiam opitulamine suæ antecessoris adhuc viuens prædicaturam in Cathedrali Ecclesia instituit. Et festum conceptionis gloriosæ virginis Mariæ conuocata Synodo sollemni in Rituzari instituit. Anno Domini M. CCCCLXXXI. fratres Eremitarum S. Augustini in Monaco ad instantiam Alberti Ducis, per Sixtum Papam IV. ad obseruantiam adstricti sunt, cuius rei executor præfatus Sixtus Episcopus Frisingen. erat, sed infra triduum omnes excurrerunt. Visitauit etiam ac reformauit idem Sixtus Episcopus Monasterium fratrum Minorum ibidem tempore eodem. Item anno secundo sui regiminis, Dux Ludouicus Baurariæ magnam steuram imposuit clero & alijs pro dote suæ filiæ, cuius nouitatem steuræ Præsules Salisburgen. & alij quia ferre non poterant, personaliter Ducem adierunt, & eum à proposito suo auerterunt. & precipue Sixtus Episcopus anno Domini MCCCCXCIII. Dux Albertus de Monaco quodam ausu præsumptuoso Collegium de Illmünster vnà cum corpore S. Arfacij Episcopi, & Collegium de Schliersee sine consensu Frisingen. Episcopi transfudit ad Monacum, propter quod Sixtus Episcopus vnà cum Capitulo suo dictum Principem citauit ad Papam Alexandrum VI. de & super prædicta transmutatione Collegiorum, & ex parte Episcopi atque Capituli per Doctorem Georgium Pärbinger tam diu in iure processum est, quousque primam sententiam in Rota obtinuit: & nulli dubium. quin huiusmodi translatio omnino reuocata fuisset, si mors prædicti Episcopi non intervenisset: Obiit enim lite pendente. Interea enim vocatus fuit per Maximilianum Romanorum Regem ad generalem conuocationem ad Wormatiam, ibidemque morbo correptus, à medicis persuasus, vt aërem mutaret, & ipse propter suam sapientiam ab omnibus principibus affectuose desolebatur. Inualecente itaque morbo ad duomillia à Wormatia egressus, versus patriam tendens in Monasterio B. Mariæ Magdalensæ Franckental dicto, testamentum laute condens, & Sacramentis Ecclesiasticis deuotè perceptis, die Martis XIV. Julij vesperarum ibidem inter manus suorum Deo Spiritum reddidit, cuius corpus ad Frisingam est adductum, & cum magna processione Cleri & hominum ibidem est receptum, & non sine gemitibus multorum vsque ad Ecclesiam Cathedralem allatum, ibidemque in medio Ecclesiæ ante altare S. Crucis sepultum. Præfuit autem

*Vide infr.
Rubr. B.
Maria
Surg. Mo-
naci Colleg.
Canonico-
rum Regu-
larium*

Eccle-

Ecclesiæ Frisingen. magna cū vtilitate an. XXI. delegauit q̄ue certis Monasterijs, cuiuslibet C. floren. Rhenen. Ecclesiæ autem suæ in parata moneta reliquit XXX. millia Ducatorum. Et cognito eius obitu Castrum Frisingen. statim per Ducem Georgium & per aliquos ex Canonicis est munitum & possessum, vsque ad futuram electionem.

PHILIPPVS] M. S. Catalogus inter Philippum & Sixtum habet Rudbertum, de quo ibidem sequentia leguntur.

ccc.

RUDBERTVS. Administrator XLV. Ann. Domini M. CCCCXCV. prima die Augusti omnes Canonici pro electione futuri Pontificis conuenerunt, & in summo altari Cathedralis Ecclesiæ Sacramentis communicarunt, & pariter postulauerunt in futurum præfulem Illustrissimum Principem Palatinum, Comitem Rudbertum nomine de gremio Canonicorum, existentem tunc XVII. annorum: qui intronisatus est eodem anno, in die S. Ioannis Euangelistæ & præfedit duobus annis. Post hæc anno Domini MCCCXCVII. recessit è Frisinga ad nuptias sororis suæ Heydelbergam. & ibidem remansit cum patre suo Philippo: & eodem anno resignauit Episcopatum Frisingensem fratri suo Philippo, decem & nouem annorum existenti. Post hæc idem Rudbertus cum dispensatione Summi Pontificis duxit in vxorem Dominam Margarethā filiam Ducis Gerogij de Landelhuta, non sine arduis causis & rationibus.

leg. Elisabetham.

fff.

PHILIPPVS] M. S. Anno Domini M. CCCCXCIX. Philippus Comes Palatinus, vir religiosus & modestus intronisatus est Frisingæ cum magna sollemnitate & populi tripudio feria VI. ante Pentecostes, præfente germano suo Friderico cum suis nobilibus. Idem Episcopus præclarus Anno Domini MDVII. ritè percepit omnes sacros ordines, ac consequenter per suum suffraganeum Matthiam Carthusien. consecratus est in Episcopum Frisingen. præsentib. & consistentib. sibi Episcopis Augustensi & Aichsteten. ac prælatis de Weihenstephen & Scheyrn. Postea Anno Domini M. D. VIII. in die SS. App. Philippi & Iacobi cantauit primitias in Frisinga, ad quas tanta conuenit multitudo hominum è diuersis terræ partibus, qualis antea vix vel nunquam vna in die ibidem confluit: vbi & plures Prælati ac Magnates tam spirituales, quàm seculares ob Dei laudem, atq; ob eius reuerentiam cum gaudio conuenerunt. Laus Deo. Hic venerandus Pontifex in Castro Frisinga fontem valde vtilem ex lapidibus pretiosis & marmoreis iussit fieri, structuræ tam pretiosæ firmæ ac perutilis, quod in terris nostris vix sibi similis reperitur. Insuper & Castrum ibidem tantis ædificijs construi & decorari permisit, qualia nullus Episcoporum ante ipsum fecit, vbi cernitur ad oculum.

Anno MDVI. & Anno MDXX. Duces Bauariæ Albertus & Wolfgangus, nec non Guilielmus & Ludonicus Duces. permittunt Episcopo Philippo venationem in campo inter Monacum & Frisingam, secus fluuium Licum vsque ad riuum molendini prope Greineck k.

Anno Domini MDXIII. Transactio facta inter Frisingensem Episcopum Philippum, & Ducem Bauariæ Guilielmum, ratione piscationis & piscatorum in Ottershausen & Moring ad Ambronem fluuium.

Anno MDXXXIX. iidem Principes transigunt super confinibus inter territoria Mittenwald & Tölz, necnon subditis ibidem. Originalia harum literarum exstant in Archivio Serenissimorum Bauariæ Ducum.

ggg. *Genealogia Palatinorum Rheni Comitum circa hæc tempora, vnicum commemorant Henricum Philippi palatini & Margaretha filie Georgij Bauariæ Ducis cognomen diuitis filium: Episcopum Vtraiectinum Anno Domini M. D. XXIV. defunctum. Errorem inde irrepsisse haud videtur improbabile, quod Rupertus Palatinus Episcopi Philippi frater, & immediatus antecessor omissus fuerat.*

Serenif.

Severij.^{us} & R.^o Ernesto Archiepiscopo Colonien. Principe Septemviro Episcopo Leodieu. Administratore Hildesheimen. Monasterien. & Frisingen. Principe Stabulen. Boiariae. Westphaliae Angriae & Bullioniae &c. Duce. Francimonten. Marchione. Palat. Rheni & Loffen. Comite &c. Anno CMDC XXI. die XVII. Mens. Februarij: è mortali hac vita ad perennem illam beatam translato; Episcopatus Frisingensis regimen suscipit Ill.^{us} & R.^{us} Princeps Stephanus, veteri nobiliq; ex familia Seibolstorferorum in Bauaria oriundum; qui haud multis his annis quibus vixit, tres Episcopatus benè frugaliterq; gessit. fato sanctus An. Domini MDC XVIII.

VITVS ADAMVS GEPECK Stephani successor praeficitur insignem m. III. meris Episcopalis benè feliciterq; gerendi spem haecenus praebens. Deus aspiret captis, & cum annis fortunam secundam accumularet.

Catalogus Praepositorum Frisingensium.

Horum
memoria
reperitur
circa ann.

ELLENHARDVS Comes de Piburg. Henrici Episcopi frater.	} fides penes Lazium est.	1120.
LVTOLDVS Comes de Schaumburg,		1240.
ORTWINVS de Humbeln.		1251.
VTO de Mont Alban.		1256.
CHVNRADVS Planteis.		1271.
FRIDERICVS de Mont Alban postea electus in Episcopum.		1277.
HAINRICVS.		1282.
GERARDVS fort. assis idem cū Erhardo, aut certe ipsius successor Comes Syluester, obiit 1312.		1303.
DEINHARDVS de Seeueld.		1314.
LEVTOLDVS.		1351.
HIVS		1365.
IOANNES de Chamerberg.		1377.
EGLOFFVS Hornbeck obiit 1418.		1400.
WILHELMVS Schilvratz, Decret. Doct. obiit 1429.		1427.
NICOLAVS de Gumpenberg, obiit. 1443.		1429.
IOANNES Grünvalder postea Episcopus.		
VLRICVS Nusdorffer ann. 1451 electus in Episcopum Passanien.		1446.
VLRICVS Riederer Cancellarius Friderici III. Imp. obiit. 1463.		1458.
VLRICVS Aresinger L. L. Doct. resignat anno 1474.		1464.
THEODORICO Mayr, qui fuit etiam Aichstadien. Praepositus, Decretorum Licentiatus. obiit 1507.		1474.
LVDOVICVS Com. Palat. resignat ann. 1511.		
GEORGIO Comiti ab Ortenburg, qui Praepositum egit per 42 & Canonicum per 64 annos. Ob. adsciuit in Coadiutorem		Ob. 1536
LEONEM Lösch, qui eo ipso anno ad Episcopatum promotus est, hic resignat.		
VITO à Fraunberg qui anno 1564, factus est Episcopus Ratisponen. Is resignat ann. 1563.		
ALEXANDRO Fuggaro qui adsciuit sibi in Coadiutorem		
ANTONIUM Velferum P. Augustanum An 1611 Ob. Fuggarus 5. Febr. an. 1612. Velferus vero ob. 20. Septembr. an. 1618. Hic Velferus quoq; habuit Coadiutorem		
IOANNEM Baptistam Remboldum ex sorore Nepotem, P. Aug. S. D. N. Pauli Papa V. Audiatorem Rotae, & vtriusq; signaturae Referendarium, modernum Praepositum.		

DECANI Cathedralis Ecclesiae Frisingen.

2

ALBER.

ALBERTVS.
 GERTHOFVS.
 ORTWINVS
 RYDOLPHVS
 CONRADVS Tolkner.

De tempore nihil constat.

- OTTO dictus Sappo. An. 1319. Ottonis Decani fit mentio.
1281. BERTOLDVS.
1283. HAINRICVS.
1310. GOTTFRIDVS. postea an. 1311. factus Episcopus.
1347. OTTO de Mechselrain, huic successit
 ERHARDVS de Gumpenberg.
 VVERNHARDVS Haring ob. 1368.
 EGLOFFVS Hornpeck. postea Praepositus.
1413. FRIDERICVS de Fraunberg.
1426. HILPRANDVS de Chamer.
1429. HAINRICVS Judmann.
 CASPARVS Mendorffer ob. 1436.
1440. HAINRICVS Schmieher ob. 1442.
 JOANNES Thurndl ob. 1457.
1458. JOANNES Simonis ob. 1479.
 JOANNES de Lamberg, ob. 1505.
 VLRICVS de Rechberg.
 SIGISMUNDVS Senfftl.
1516. DEGENHARDVS de Weichs, ob. 1538.
 ANTONIVS de Alberstorf praedecessoris Coadiutor obiit 1560.
 JOANNES RYDOLPHVS ab Hoheneck obiit 1562.
 JOANNES ab Adeltshausen, ob. 1580.
 CHRISTOPHORVS Gail Theologiae Licentiatum, Sueuus ipsius Coadiutor ob. 1583.
 ADAMVS de Peruvang ob. 1585.
 JOANNES PANCRATIUS Rumler, Theolog. Doct. ob. 1594.
 VLRICVS Hacker I V Doct. Sueuus, ob. 1610. 13 Julij.
 JOANNES CHRISTOPHORVS Herwart de Hobenburg. I. V. D. ob. 10. Januarij,
 anno 1619.
 GVILIELMVS à Königsfeld in Gütting.